



= III


II No


B. f. 17.




constat no Stinfor  
Lugd. Bat.  
a<sup>o</sup> 1639.











LIBORII HATTYSERY

ANALYSIS

IVRIS FEVDALIS

QVA ARTI-  
FICIOSA ME-

THODO, PERSPICVITA-  
TE ET FACILITATE ADMIRANDA,  
MEDVLLA TOTIVS IVRIS FEVDALIS,  
rationibus tam dubitandi, quam deci-  
dendi qua potuit fieri breuitate  
illustrata, continetur.

ACCESSIT HVIC EDITIONI S.  
*Romani Imperij constitutio, quam vulgo Au-  
ream Bullam nominant, & episto-  
la decretalis de Jure  
Electorum.*

IN GRATIAM STUDIOSE JUVEN-  
tutis coniunctim, nunc primum hac  
forma edita.

E me, lege, judica, non pœnitebit.

HANOVIAE

Sumptibus CONRADI EIFRIDI.

---

M. DC. XXI.

*Ernst. Ludolf Hoffm.*



LIBRARIUS



IN CONSUETU-  
DINES a FEUDO.

R V M.

DE ORIGINE  
feudi.

C A P. I.

**I**us feudorum à Ro-  
manis b originem tra-  
xisse dubium non est:  
Nam quæ in jure nostro de  
hominibus c sunt prodita, ea  
ad vasallos propriè referri pos-  
sunt. Hominum fit mentio in l.  
2. C. de Episc. & Cler. in l. 1. C. de cõ-  
mer. & merc. in l. unica C. de conduct.  
& procur. præd. fisc. lib. 11. & l. 4. C.  
de dignit. lib. 12. Eoq; nomine cõ-  
tinentur actores, custodes, pro-  
curatores, emphyteuticarij &

*Ius feus-  
dale à  
Roma-  
nis de-  
scendit.*



2 JURIS FEUDALIS  
 precarii possessores. His posses-  
 sio conceditur ad tempus. Quæ  
 actori feudum est gastaldia, id  
 est actus siue procurationis  
 feudum. Quæ custodi, feudum  
 guardia. Iisdem postea cœpit  
 concedi in perpetuum, quod  
 est verum & proprium feudum:  
 atque ita paulatim qui erant a-  
 ctiores custodesque prædiorum  
 temporarii, perpetui esse cœ-  
 perunt, Latinumq; hominum  
~~d nomen retinuerunt, novum~~  
~~& exterum vasallorum à Lon-~~  
~~gobardis e acceperunt. Cujac.~~  
*lib. 8. obs. 14.*

*Appella-* a Sic appellantur, *feud. 2. tit. 2. tit. § fi.*  
*tur in li-* *tit. 3. §. 1 tit. 7. 9. § 23. alibi usus feudi,*  
*bris feu.* *feud. 2. tit. 10. § 101. usus regni, feud. 1. tit.*  
*consue-* *15. feud. 2. tit. 82. usus curiarum, feud. 2.*  
*sudo, v.* *tit. 103. comprobatus, feud. 2. tit. 83. justus*  
*sus, &c.* *& verus. feud. 1. tit. 13. rationabilis, diōt.*  
*tit. 13. antiquus & rationabilis, feud. 1. tit. 7.*  
*longæus, feud. 2. tit. 108. ab antiquis sa-*  
*pientibus constitutus, feud. 1. tit. 1. §. 4.*

Item

Item jus feudi, *feud. 2. tit. 102.* jura feudi, *feud. 2. tit. 99.* jus curiæ, *feud. 2. tit. 101.* in multis curiis & civitatibus intellectum, *feud. 2. tit. 88.* Et denique mos rectus, *feud. 1. tit. 5. §. 1.* ac mores curiarum, *feud. 2. tit. 1. §. c.* Quid ita? scilicet, quia legis appellatione, proprie venire non possunt. Lex olim à populo, hodie translato in eum imperio, à Principe fertur. Consuetudines feudales à Gerharo Nigro & Oberto de Orto conscriptæ sunt Uterque sapiens appellatur, *feud. 2. tit. 25.* Uterque fuit consul Mediolanensis, *Otho Frisingensis 2. de rebus gestis Friderici.* Et fortasse progressu temporis, alia quoque ab alijs huic libro adjecta sunt, *feud. 2. tit. 30. vers. alii. tit. 32. vers. consules. 34. §. 2. vers. secundum alios. 36. vers. quidam & antiqua tit. 37. vers. alii non.* Nam & ipsius Oberti sententia recitatur, non ut authoris, sed ut tertij cujusdam, *feud. 2. tit. 28. in princip. dict. tit. 30 32 36* atque multis alijs in locis. A privatis igitur profluxerunt. Unde si quæras, an vel legis saltem vim obtineant. Resp. quod sic, quoniam invaluerunt. Consuetudo quæ invaluit, quæ iudicio populi recepta, *l. 32. ff. de ll. quæ frequenter in eodem controversiarum genere servata, l. 1. C. eod. quæ antiquitus probata, l. f. C. d. 1.* id est, per multos annos, *l. 35. ff. de ll. usulongo, l. 2. C. eodem & diuturno, l. 33. ff.*

Lex proprie appellari non potest.

Ratio:

Legis vim obtinet. Ratio.

4 JURIS FEUDALIS

*dict. tit* observata; pro lege non immerito  
 custoditur, *dict. leg. 32. §. 1.* pro jure & lege  
 servatur, *dict. leg. 33.* legis vim obtinet,  
*l. 38. eod.* atque adeo legem quoque vincit,  
*feud 2. tit. 1.* Neque obstat, quod dicitur,  
 consuetudinis ususve longævi non esse  
 tandem vim, ut legem vincat, *l. 2. C. d. tit.*  
*Solutio duplex.* quoniam hoc intelligendum de consuetu-  
 dine, quæ nondum invaluit, quæ nondum  
 penitus inolevit, nondum consensu omni-  
 um recepta, inveterata, stabilita, judicio  
 comprobata est, *l. 38. ff de ll.* quæ parva  
 aut nulla ratione constat, *l. 39 ff dict. tit.*  
 Quam ratio suavit, ut ait *l. 1. C. d. tit.* ratio  
 quædam major & publica utilitas; hæc si-  
 quidem longo tempore atque illiterato  
 omnium consensu, nec non rerum judica-  
 tarum auctoritate fuerit confirmata, sane  
 abrogat legem, cujus ratio vel cessavit vel  
 minor est, vel minus reipubl. confert. Ad  
 hæc intelligi etiam *dict. leg.* potest, de ijs,  
 quæ lege definita sunt, in quibus plus valet  
 lex, quam consuetudo. At nihil cautum  
 legibus Romanorum de feudis palàm, in  
 his igitur potius consuetudo, quam lex  
 dominabitur, *l. 33 ff de ll.*  
*Non de-* *b* Non à Longobardis, ut existimat Mo-  
*scendit à* *lin. in consuet. Paris. titul. 1. num. 6. Duar. in*  
*Longo-* *tractatu feud. cap. 3. Wesemb. in proæ. quo-*  
*bardis.* *niam jus feudorum, à Gerharo, qui ipse*  
*Ratio.* *Longobardus fuit, jus antiquissimum di-*  
 citur,

citur, *feud. 1. tit. 1. §. 1.* ut inepte id repeti-  
ris à Longobardis, qui anno demum post  
Christi natiuitatem 568. in Italiam irre-  
pserunt.

c Non quæ de clientibus, ut vult Zasius *Vasalli non sunt*  
*in princ. tract. feud.* Nam licet vasalli sæpe *clientes.*  
clientes appellentur, *feud. 1. tit. 10. 13. &c.*  
differunt tamen: clientibus onus militiae *Ratio.*  
annexum non est, vasalli militare cogun-  
tur. Clientes prædia sua pleno jure possi-  
dent: vasalli prædia feudalia jure saltem  
usufructus. Clientes patrono, vasallus do-  
mino respondet. Nullo etiam modo ad va-  
sallos referri possunt, quæ de militib. limi-  
taneis dicuntur *secundum Vigl. Inst. tit. de*  
*milit. test.* quoniam agros limitaneos opti-  
mo jure tenebant, id est, jure alodij, neque  
fidem, neq; hominum debentes, vel aliud  
quid pensitantes. Vasalli fidem atque ho-  
minium præstare coguntur. Agros limi-  
taneos tenebant milites: prædia feudalia  
teneri possunt tam à paganis, quam à mi-  
litibus. *Cujac. lib. 8 Obser. 14.*

*Multo  
minus  
milites  
limita-  
nei.  
Ratio.*

d Inde hominum quod barbaro voca- *Homi-*  
bulo homagium appellatur. Natura feudi *nium*  
est ut debeatur fides & hominum, id est, *unde de-*  
ut profiteantur se fideles domino fore, & *scendant.*  
se homines ejus esse. Itaque qui feudum te-  
net, & homo dicitur, & homo fidei. *Cujac.*  
*dict. loco.*

e Nō obstat igitur, quod nullum in jure *Object.*

6 JURIS FEUDALIS

*Resp.* Romano de feudis extet verbum, *Molina. dicit loco*, quoniam feudum & vasallus Longobardorum sunt vocabula, quemadmodum pleraque alia, vere Latinis prorsus incognita.

DE ETYMOLOGIA  
feudi.

CAP. II.

*Feudum dicitur non à fœdere.* FEUDUM alij à fœdere deducunt, eo quod initio fœdere, ad mutuam fidelitatem præstandam, vltro citroque vasallus & dominus se obligent, *Zafius parte 1. quem sequitur Sossb. parte 2. num. 32.* Alii à vacelleto seu vafleto, quod ministrum sonat, ut *Conna. & Hotom.* Alij aliunde, *Obertus à fidelitate seu fide deducit, feud. 2. titul. 3. inf. quem sequitur Duar. cap. 2. num. 3. Wesembec. cap. 1. & Cujac. in proœm. feud.* Id quod puto verius. *a*

*a* Ratio quoniam fides est forma feudi: unde sicut substantiam, ita & nomen merito accipit. Hinc vasalli fideles dicti *feud. 1. tit. 1. §. 2. titul. 4. in princ. tit. 10.* & multis alijs



alijs. Dices, forma & substantia rei pacto *Ratio*  
 five conventionem immutari non potest, *l. dubit.*  
*cum precario. ff. de precar.* At fidelitas po-  
 test, *feud. 2. dict. tit. 3. inf.* Ergo feudi sub-  
 stantia seu forma non est Resp. valere con- *Ratio*  
 ventionem ne jusjurandum fidelitatis præ- *decid.*  
 stetur, ne servitium præstetur. Cæterum  
 nulla est vis hujus conventionis, ne fides  
 præstetur, quia ejusmodi pactum uti ad  
 delinquendum invitatur, & malitijs fenestrâ  
 aperit ita servandum non est. Et sane feu-  
 dum, aut desinet esse feudum, si tale pactum  
 valeat, aut alterius contractus, puta em-  
 phyteuseos vel similis alicujus naturam  
 inducet, *arg. l. 80. ff. de contrah. empt.* Fides  
 enim est pars intrinseca substantiæ feudi.  
 Juramentum fidelitatis substantiæ pars  
 non est, sed civili saltem ratione ad adstrin-  
 gendam vasalli fidem adhibetur, poterit i-  
 gitur vel consuetudine vel pacto remitti,  
 manente nihilominus feudo quoad fideli-  
 tas manet.

## DE DEFINITIONE

feudi.

## CAP. III.

**F** Feudum est jus *a* alieno *b* præ *Quid sit*  
*odio c* in perpetuum *d* utendi *feudum.*  
*fruenti e*, quod pro beneficio *f* do-

A S

minus dat g ea lege ut qui accipit, si-  
bi fidem & h militiae munus aliudve  
servitium i exhibeat.

*Feudum  
est ius se-  
cundum  
iurisperi-  
tos.*

*Benevo-  
la actio,  
secundū  
philoso-  
phos.*

*Non res  
immo-  
bilis, se-  
cundum  
Duar.*

*Non cō-  
tractus,  
secundū  
alios.*

*Consistit  
in rebus  
alienis.*

*a* Si Jurisperitos spectes, quibus omnia vocabula juris intellectum habent. Si philosophos est benevola actio dantis rem soli, *feud. 2. tit. 23*. Male itaque Duar. feudum definit rem esse immobilem: nam res ipsa immobilis, quæ in feudum datur, est materia feudi, sed longe aliud materia, aliud feudum ipsum. Ne dixeris etiam feudum esse contractum. Jus est potius: jus (inquā) usufructus, *feud. 2. tit. 23*. Usufructus constituitur contractibus. §. 1. *Inst. de usufr.* non tamen dixeris esse contractum. Ergo nec feudum. Jus igitur est, quod per cōtractum constituitur, dum scilicet dominus id per investituram cedit, quæ cessio datio est, ut qui accipit, fidem & servitium danti semper exhibeat. Et huiusmodi contractum sequitur traditio, *feud. 2. tit. 7*. Dominum feudi tradere oportet, hinc actio de evictione in eum datur, *feud. 2. tit. 8*. In vassallum, si domino servire noluerit, conditio causa data competit, ad repetendum feudum, *feud. 1. tit. 21*. vel etiam præscriptis verbis, si nolit dominus feudum revocare. *Cujac in proœm.*

*b* Ratio, tum quoniam feudum est jus usufructus, qui in re propria non consistit, *l. uti*

## A N A L Y S I S.

*l. uti frui ff si servitus vind.* tum etiam, quia in eum finem datur, ut quis servitia exhibeat quæ ut constat relatio, nemo sibi ipsi exhibere potest.

c Ratio quoniam feudum non consistit nisi in rebus soli, aut solo coherentibus, vel ijs, quæ inter immobilia connumerantur, *feud. 2. tit. 1. in fin.* Omnium quidem rerum constitui potest usufructus ex Senatusconsulto, sed non jure feudi. In ijs quæ immobilibus annumerantur, veluti annonæ, sportulæ, pensiones, &c. *l. 14. C. de sacrosanct. Eccles. tit. 7.* consistit feudum, quod dicitur de camera, i. cum ex ærario sive arca domini vasallo assignatur stipendium certum: vel quod dicitur de caneva, i. e. cum ex cellario domini præbentur annonæ. Sed huius generis feudum est in curia domini, *feud. 1. tit. 5. §. f.* nec est proprium feudum, sed jure feudi censetur, quæ duo diversa sunt, *feud. 2. tit. 48.* quemadmodum rem esse in bonis, & censeri in bonis, *Cujac. l. 1. Inst. de rerum divis.* Proprium feudum est extra curiam, & consistit in prædijs. Illi simile est feudum guardiæ, cum curti sive domui suæ quasi jure feudi dominus custodē apponit. Vel gastaldiæ, cum actorē præficit. Hæc tēpore vel morte dantis aut accipientis finiuntur, & definitione feudi non comprehenduntur, quia sunt impropria feuda.

d Imo ad tempus, ut feuda habitatio-

rum

*Immobi-  
libus.*

si-  
ve  
nia  
hi-  
em  
im  
sa  
te-  
ud  
ma  
nā)  
on-  
on  
nec  
m  
per  
ut  
m-  
im  
am  
vi-  
va-  
di-  
am  
ri-  
vo-  
jus  
tit,  
uti

*Datur  
in perpe-  
tuum,  
non ad  
tempus.  
Objectio  
Solut.*

num quæ finiuntur morte, *feud. 2. tit. 105.*  
vel deserta habitatione, *feud. 2. tit. 75.* Resp.  
feuda habitationum & similia, quæ ad tem-  
pus conceduntur non esse propria feuda,  
*feud. 1. tit. 2. §. fin. sed impropria, feud. 2. tit. 81.*  
Definitio autem hæc proprii feudi defini-  
tio est, nec ad improprium extendenda,  
*Molin. in consuet. Paris. tit. 1. num. 52.*

*Datur  
iure usu-  
fructus.  
Ratio  
dubit.*

e Ratio, quoniam ususfructus rei à do-  
mino ad vasallum transfertur, *feud. 2. tit.*  
*23. in fin.* dices ususfructus extinguitur cum  
persona, *leg. 13. in fin. ff. quibus modis usu-  
fructus amittitur.* Feudum non extingui-  
tur, sed perpetuò conceditur, & ad hære-  
des transit, *dict. tit. 23. in fin.* Ergo usufru-  
ctus jure censeretur non potest. Resp. feudum  
esse usumfructum, pleniori tamen jure  
quàm usufructus esse solet. Vasallus fun-  
di ac servitutem vindicationem habet, *feud.*  
*2. tit. 8.* fructus suos facit, quocunq; modo  
terra separatos; usufructuarius servitutem  
vindicationem non habet, *l. 1. ff. Si usufr.*  
*pet.* nec aliter fructus suos facit, quàm si  
ipse eos perceperit, § *is verò Inst. de rer. di-*  
*vis. l. 3. ff. de annuis legat.* Usufructus in  
personam constituitur, extinguitur cum  
ea, ne inutilis sit proprietas, semper ab-  
scedente usufructu, *l. cum antiquitas. C. de*  
*usufr.* In feudo usufructus in perpetuum  
conceditur: sed lex fidei, hominij, & servi-  
tij efficit, ne inutilis sit proprietas.

f Hinc

f Hinc fit, quod feudum beneficium *Et pro*  
 appelletur saepe, & vasallus beneficiarius, *benefi-*  
 beneficiatus: nam originem ex amicitia & *cio.*  
 officio trahit, *feud. 2. tit. 23. in fin. Dices, Ratio*  
 feuda etiam interventu pecuniae acquiri, *dubit.*  
*feu. 1. ti. 1. in fin. tit. 7. 16. 20. & 24. feu. 2. ti. 12.*  
 Nihil vero officio tam esse contrarium,  
 quam mercedem & pecuniam, *lex. 1. §. fin. ff.*  
*mandati.* Resp. hoc beneficii naturam non *Ratio*  
 immutare: nam & in gratuitis plerunque *decid.*  
 intervenit honor, munus, salarium &  
 remuneratio. Mandatum ex officio &  
 amicitia originem trahit, *dict. leg. 1. in fi.*  
 attamen salarium siue honorem remune-  
 randi causa recipit, *l. si remunerandi. ff. dict.*  
*tit. Idem in deposito, l. 2. §. si in re ff. vi bon.*  
*vapt. Advocato & mensore, l. 1. ff. si mensor*  
*falsum mod. dix.* Donatione propter nuptias  
 &c. Datur itaque pecunia non beneficii  
 eliciendi, sed remunerandi causa. In eundem  
 finem & servitia praestantur, quoniam qui  
 beneficium accipit, naturaliter ad remu-  
 nationem eius obligatur, *l. sed etsi §. con-*  
*suluit. ff. de petit. hered.*

g Dare proprie Jureconsultis est domi- *Dare*  
 nium: tradere vero possessionem transfer- *quid hoc*  
 re, *l. 3. ff. de actio. empti*, at hic pro conferre, *loco si-*  
 vel praestare accipitur. *gnificet.*

h Fides uti diximus supra cap. 2. est de *Fides est*  
 substantia feudi, ideo pacto tolli non po- *de sub-*  
 test, siue expressum sit, siue tacitum, ut si *statis*

CONVE-

convenerit, ne vasallus cadat feudo propter feloniam: nam quod directo fieri prohibetur, id nec per indirectum fieri permittitur, *l. ult. C. si mancipium ita van.*

*Vasallus non est servus nec servi loco habendus.* Nec tamen vasallus ideo servi loco habendus: aliud enim est servum esse, aliud servire, servitia exhibere vel præstare, *leg. uxori in fine ff. de usu & usufructu legato.* Aliud est servitus, aliud servitium. Potestas domini servitutem, patientia & voluntas servientis, servitium facit. Servitium vero nominatim quale esse debeat, sit ne expressum, *feud. 2. tit. 23. in fin.* determinatum, *feud. 2. tit. 51. §. fin.* vel indeterminatum, *dict. tit. 23. in fin.* nihil refert. quædam enim feuda dantur sine servitijs, *dict. titul. 104.* Sed non ideo vitiosa definitio: nam quod plerunque fit, definitione comprehendendi sufficit. Sed quid si servitiorum nulla facta mentione feudum concesserit dominus, an possit servitia exigere? utique: est enim de natura feudi, ut servitia præstentur, *feud. 2. tit. 23. in fin.* unde & debita servitia appellantur *feud. 2. tit. 55. in princip.* quæ autem rei naturaliter insunt, quamvis sint omissa, subintelliguntur tamen, & pro expressis habentur, *leg. 3. ff. de reb. cred.*

*Ratio.*

DE

## DE DIVISIONE

feudi.

## CAP. IV.

**F**eudorum summa diuisio in duo genera deducitur, aliud enim est proprium, & quod rectum appellari potest, feud. 2. titul. 33. Aliud improprium, vel non rectum, feud. 2. tit. 48.

*Prima  
Et sum-  
ma feudis  
diuisio.*

Proprium est, quod propriam habet feudi naturam, feud. 1. titul. 7. vel communem feudi rationem, feud. 2. titul. 2.

*Propriū  
feudum  
quid sit.*

*§. fin.* vel denique quod proprie jure feudi censetur, a feud. 1. titul. 1. §. fin. Et

*§. fin.  
habetur  
Quod dicitur  
plex.*

hoc vel est Ecclesiasticum, *b* vel Seculare. Ecclesiasticū dicitur, quod ab Ecclesiastica persona tanquam ab Ecclesia datur, feud. 1. tit. 1. vel à clerico,

non tanquam ab Ecclesia, feud. 2. tit. 35. & 40. §. fin. Seculare quod à domi-

no seculari. Hoc rursus aut est regale seu nobile, *c* aut non regale seu igno-

bile. Regale dicitur, quod immédia-

te à rege *d* superiorem non recogno-

scente confertur, vt sunt Ducatus,  
Mar-

Marchionatus, &c. Non regale, quod ab inferioribus dependet cuius concessio sola non nobilitat, atque ideo etiam ignobile vocari potest. Secundo aliud est masculinum à maribus ortum habens, *feud. 2. tit. 31.* aliud foemineum, *feud. 2. tit. 30.* sive maternum, *feud. 1. tit. 15.* de quo mulier primum investita est *e, feud. 1. tit. 8. §. feud. 2. tit. 14.* Tertio aliud est ligium *f,* aliud non ligium. Ligium est quando vasallus *g* contra omnes *h* fidelitatem promittit *i, feud. 2. tit. 99.* Non ligium, quando non contra omnes fidelitatem promittit, sed aliquo excepto vel anteposito. Quarto feudum aliud est antiquum, vetus siue paternum *k, feud. 1. tit. 4. §. 2. tit. 8. §. 1. & 2. tit. 12. 14. §. 2. & tit. 15. feud. 2. tit. 3. 12. 14. 15. 26. in princ. 30. 32. 39. 45. 46. 49. 50. 25. §. 2. 77. 83 91. & 93.* Aliud novum, *feud. 2. tit. 3. tit. 11. 12. 14. 15. 17. 26 in princ. 32. 90. & 91.* Antiquum siue paternum feudum quid sit. alio ascendente usque ad quartum gra-

*Secunda  
feudi di-  
visio.*

*Tertia.*

*Quarta.*

*Antiquum  
siue pa-  
ternum  
feudum  
quid sit.*

gra-



gradum est acquisitum, *feud. 1. tit. 8. §. 1.*  
 quod à communi agnatorum paren-  
 te descendit, *feud. 2. tit. 11.* quod à quo-  
 cunque ex superioribus profluit, *feud.*  
*2. tit. 50.*

Novum dicitur quando feudum  
 primò quæritur, *l. feud. 2. tit. 32.* quan-  
 do quis de novo investitur, *feud. 2.*  
*tit. 45. 49.* quod frater à domino ac-  
 cepit, *feud. 1. tit. 1. §. 2.* quod frater  
 acquisiuit, *feud. 1. tit. 20.* Sive quod  
 initium habuit à fratribus, *feud. 1. tit.*  
*8. §. fin.* Atque hæc regulariter & sui  
 natura sunt propria feuda nisi aliud sit  
 actum.

Quid  
 novum.

Improprium feudum est, quod non  
 habet propriam feudi naturam, *feud.*  
*2. tit. 48.* Ut puta feudum emptitium  
*m,* feudum de camera *n,* vel de caneva  
*o* siue soldatæ, *feud. 2. tit. 10. in fin.* Item  
 feuda habitationum *p.* *feud. 2. tit. 105.*  
 Feudum guardiæ & gastaldiæ *q,* Feu-  
 dum francum, Feudum conditiona-  
 tum, &c.

Improp-  
 prium  
 feudum  
 quid.

*n* Veluti non transire ad fœminas, *feud.*

B

**Proprii feudi natura que & qualis sit.** 1. tit. 1. §. 3. vel ascendentes, feud. 2. tit. 50. legitimos vel naturales, feud. 2. tit. 26. §. naturales. Item semel datum non posse sine culpa auferri, feud. f. tit. 21. dominum non posse pœnitere, feud. 2. tit. 26. §. si facta. Vassallum ad servitia obligari, feud. 2. tit. 23. nec sine domini vel agnatorum consensu feudum alienare, feud. 2. tit. 39. 52. & 55.

**Ecclesiasticum feudum à seculari quo modo differat.** b Quod in multis à seculari differt. exempli gratia: successor laici obligatur & omnimodo cogitur adimplere investituram à defuncto inchoatam feud. 1. tit. 3. Successor clerici non obligatur, feud. 1. tit. 9. non cogitur facere vel confirmare, vel adimplere, dict. tit. 3. vel ratam habere, feud. 2. tit. 53. sed feudum exinanitur, feud. 1. tit. 25. Deinde in laicorum investitura, regulariter non nisi pares curiæ possunt adhiberi testes, feud. 2. tit. 58. §. 1. In clericorum feudo pariter accipiuntur & pares & extranei, feud. 1. tit. 26. vers. in clericorum. In laico datio libelli perpetui pro parte dimidia valet, in ecclesia non item, feud. 1. tit. 13. In feudo quod ab aliquo per ecclesiam detinetur, nulla facienda fidelitas, feud. 2. tit. 101. in seculari, etiam ab Imperatore præstanda feud. 2. tit. 100.

**Feudum nobile unde sic appellatum.** c Ab effectu ita appellatum, quoniam accipientem nobilitat, feud. 2. tit. 10. d Vel Imperatore, est enim mundi dominus, l. 9. ff. ad l. Rhodiam, & omnium quas

quæ in mundo sunt, *l. f. C. de quad. prescrip.* *A quibus de-*  
 Est fons dignitatum, Præpositus *inc. unico* *bus de-*  
*qua sint regalia*, unde fluunt dignitates & *tur.*  
 refluant, *Bald in l. unica. C. ad leg. Juliam*  
*de ambitu.* Quinimo etiam à cæteris prin-  
 cipibus, quamvis superiorem agnoscant,  
 ejusmodi feuda conferri, experientia te-  
 statur, *c. quam sit. ubi De. de elect. in 6.*

Nec obstat, quod dicitur, vasallos regali *Object.*  
 dignitate ab Imp. investiri, *feud. 1. titul. 14.* *Solut.*  
 quoniam ab Imper. immediate investiun-  
 tur: à Principibus vero quibus Imp. hanc  
 potestatem dedit, mediate. Hujusmodi  
 autem regalia feuda, sunt omnia illa, quæ  
 principes Germaniæ tenent, sive sæculares  
 sint, sive Ecclesiastici: nam & hi bona sua  
 feudalia ab Imper. recognoscunt, *Gail. lib.*  
*1. obs. 30.*

In hoc succedunt filij & filix æquali-  
 ter: nō in illo, quod habet mulier ex pacto.  
 Multum interest, feudum mulier habuerit,  
 an feudum muliebrem fuerit, nec enim omne  
 quod mulier habuit, muliebrem est. Quod  
 habuit ex pacto muliebrem sive fœmineum  
 non est. Fœmineo opponitur, *feud. 2. tit. 13.*  
*§. 50.* & proprie paternum appellatur, *iuxta*  
*lectionem Cujac. feud. 1. tit. 15.* In ejusmodi i-  
 gitur feudo, quod ex pacto habuit, nec fi-  
 lius stricto jure (ex æquitate enim secus,  
*d. tit. 15.*) nec filia, sed dominus admittitur.  
 Idem est si id mulier habuerit ex privilegio,

*Aliud*  
*est feudū*  
*mulie-*  
*bre: a-*  
*liud,*  
*quod*  
*mulier*  
*ex pacto*  
*habuit.*

nam & priuilegia principum restricte accipienda sunt. Feudata generi posterisque tam masculis quàm foeminis, non videntur data his, qui ex foeminis nati sunt, sicut nec immunitates, *l. 1. ff. de iure immunit. l. vacatio. ff. de mun. & hon.* Nec obstat, *l. 3. ff. de const. princ.* quia aliud est priuilegium, aliud beneficium. Beneficium est liberalitas & largitio, itaque late interpretandum, uti fit, *in l. 14. ff. de ali. legat.*

**Feudum Ligium unde dictum.** *f* Ab effectu ita dictum, quoniam vasallum ligat & obstringit, contra omnes, *feud. 2. tit. 99.*

*g* Quem vulgo Ligium appellant, Cuiusmodi homologum, *feud. 2. tit. 7.*

**Qua eius forma.** *h* Nullo ante posito, *feud. 2. tit. 52. §. 2.* ne rege quidem excepto, *c. pastoralis ext. de re iudicata.* Itaque in iurejurando homologi nullus excipitur. In iurejurando non homologi, excipitur Imperator, *feud. 2. tit. 55. in fin. vel rex, feud. 2. tit. 7. vel antiquior dominus, feud. 2. tit. 28. in fin.* Pater etiam, *ut vult Cuiac. dict. l. Potest quis duorum esse vasallus non homologus, vel vni homologus alteri non homologus, at duorum vasallus homologus, nemo esse potest, dict. tit. 99.*

*i* Huiusmodi feuda tenentur à recognoscibus superiorem Imperatorem vel regem: unde vasallus, licet contra quemcunque fidelitatem iurauerit, contra Impera-

pera-

peratorem tamen vel regem, domino opera  
ferre non tenetur.

*k* Paternum feudum ab antiquo com- *Feudum*  
muniter distinguunt, male, nihil enim re *paternū*  
ipsa differunt. Nam qui hac ratione vtun- *ab anti-*  
tur, quod ultra quartum gradum feudum *quo non*  
paternum dici nequeat, *feud. 1. tit. 8. §. 1. id* *esse di-*  
tantum paternum appellari existimant, *stinguen-*  
quod est à patre vel avo profectum, quia *dum.*  
scilicet patris appellatione, ultra patrem  
solus avus intelligitur, *l. iusta. ff. de verb. sign.*  
Sed magis placuit, paternum dici, quod-  
cunque à parentibus sive superioribus de-  
scendit *feud. 2. tit. 50. Sic in l. patri. ff. ad leg.*  
*Iuliam. de adulter.* patres pro parentibus ac-  
cipiuntur. Sic in edicto de in jus vocando  
parentes in infinitum appellantur, *l. 4. §.*  
*parentem. ff. de in ius vocando,* quemadmo-  
dum & in legatis præstandis, *l. 1. §. generali-*  
*ter. ff. de legatis præst.*

*l* In quo frater fratri non succedit, *feud. Nouo*  
*1. tit. 1. §. 2. etsi communiter acceperint, feudi na-*  
*dict. §. 2. i. etsi simul vna investitura id ac-* *tura qua*  
quisierint, *feud. 1. tit. 8. §. fin. vel simul in-* *et qua-*  
vestiti fuerint, *feud. 1. tit. 14. §. fin. Ratio: lis.*  
quoniam qui feudum accipit, sibi & suis  
posteris intelligitur prospicere, *feud. 2. tit.*  
*18. et 90. frater non est ex posteris: deficien-*  
tibus his, ad dominum redit, *feud. 1. titul.*  
*20 feud. 2. titul. 11. et 50. Nec obstat lex unica.*  
*C. si lib. Imp. soc. lib. 10. quoniam delibera-*

litate mera est, quæ ad dominum non recurrit. Feudi liberalitas non est mera, quia ad dominum recurrit certis modis, multaque ex feudo jura & commoda dominus

**Questio.** habet. Queritur hic, si novum ut antiquum concedatur, an jure feudi antiqui possessum, naturam & qualitatem feudi antiqui induat? ita sentit *Myns. cent. 4. obseru. 48. Gaul. lib. 2. obs. 51.* Nec obstat quod veritas & substantia rei hominum denominatione non immutetur, *l. si forte. ff. de cast. pec.* quia feudum novum jure antiqui concessum, saltem juris intellectu pro antiquo

**Ratio dubit.**  
**Ratio decid.**

**Questio** habetur, re ipsa novum manet. Aliud est, si antiquum ut novum concedatur, *Myns. d. loco, Geil. lib. 2. obser. 49.* Nec obstat quod contrariorum eadem sit disciplina. *l. 1 ff. de his qui sunt sui vel ab. iur.* quoniam id procedit, si contrariorum eadem sit ratio non diversa uti hic; nam in feudo novo, solius domini, in antiquo etiam agnatorum præjudicium vertitur.

**Solut.**

**Emptium feu** Quod ideo improprium, quoniam non ex mera benevolentia proficiscitur, *feud. 2. §. fin. tit. 23.* nec amore & honore domini acquiritur, sed interventu pecuniæ, *feud. 1. tit. 14.*

**Camera** n Camera est locus, ærarium sive conclave, in quo pecunia principis asseruatur. Unde feudum camerae nihil aliud est, quam Jus percipiendi pecuniam, de camera principis.

**Quid feudum camera.**

o Cane-

o Caneva est cella, in qua vinum, oleum, frumentum, vel annona principis asservatur. Feudum canevæ est jus percipiendi frumentum ex cella domini feudalis, à quo nihil differt feudum soldatæ. Soldata est præstatio quædam annua & gratuita, ita dicta, quia plerunque in solidorum donatione consistit, quandoque etiam in vino & annona. Sunt hæc impropria feuda, quia morte dantis vel accipientis finiuntur, feud. secundo titulo 10. Cujac. feud. 1. §. item illud titulo 1. Nec obstat quod appellentur recta feuda, feud. 2. §. 1. Si vero titulo 2. id est, propriam feudi naturam habentia, uti alibi, feud. 2. titulo 33. quoniam recta dicuntur, non quod propriam naturam feudi habeant, sed quod vasallus juret esse recta, hoc est, se rectè & juste possidere. Rectum itaque feudum dici potest, etiam cujus iusta possessio est, feud. 2. tit. 39. 31.

¶ 91. p Ratio, quoniam morte accipientium finiuntur, feud. 2. tit. 105. Dubitatum olim fuit, essent ne unius anni, an ad vitam usque inhabitantis durarent, placuit tandem ad vitam ejus durare, l. si habitatio §. utrum ff. de usu & habit. Feuda habitacionum impropria sunt

q Ratio, quoniam non est perpetuum, sed temporaneum, ad annum usque durans, quo finito revocari potest, feud. 1. tit. 2. feud. 2. tit. 81. At feudi natura hæc est

ut sit

Caneva  
quid.

Quid  
feudum  
caneva.

Quid  
Soldata.  
Unde dicitur.

Object.

Solut.

Feuda  
habitacionum  
impropria sunt

Quem-  
admodum  
& feuda  
Guardiis

*Guardia, unde dicitur.*

*Feudum guardia quid.*

*Gastaldia quid.*

*Quid feudum gastaldia.*

ut sit perpetuum, *feud. 2. titul. 23. in fin.*  
 Guardia autem dicitur à germanico *Ward*  
*den*, id est, observare, quasi dicas custodiam.  
 Unde feudum Guardia, nihil aliud est,  
 quàm prædium, quod datur nomine guar-  
 diae, id est, custodiae. Gastaldia dicitur gu-  
 bernatio. Gastaldus, cui res dominica gu-  
 bernanda mandatur, & est instar Oecono-  
 mi. procuratoris prædiorum, vel actoris  
 possessionum, quorum fit mentio *in l. 14. c. de sacrosanc. Eccles.* Feudum Gastaldiae nihil aliud est quam prædium, quod datur nomine custodiae vel administrationis, *feud. 1. tit. 2.*

## DE FEVDI CAUSA

*efficiente.*

### CAP. V.

*Feudum dare possunt.*

*Tam Clerici.*

**E**fficiens causa feudi, partim in personis consistit, quibus, & à quibus dari & concedi feudum potest, partim in modis quibus acquiri potest. De personis prius, & quidem de his, quæ feudum dare possunt; de modis postea agemus. Feudum itaque dare possunt tam Clerici, quàm Laici, ut Pontifex *a*, Patriarchæ *b*, Archiepiscopus *c*, Episcopus,



Scopus *d*, Abbas *e*, Abbatisa, Præpositus, *feud. 1. tit. 1.* & omnes denique, qui rerum Ecclesiasticarum liberam habent *f* administrationem, *feud. 2. titul. 35.*

Laici, ut Imperator *g*, Rex *h*, Capitanei regis *i* sive regni, Dux *k*, Comes *l*, Marchio *m*, Valvasores majores *n* & minores *o*, Valvasini *p* *feud. 1. tit. 1.* & omnes *q* qui suorum bonorum liberam habent administrationem, *feud. 2. titul. 3. in fin. princ.* Contra, feudum dare non possunt Procurator *r*, curator *s*, tutor *t*, fœmina, furiosus *u*, prodigus, pupillus, minor curatorem habens, &c.

*a* Dices, atqui hujus *in ca. 1. de his qui* Ex clericis feudum dare possunt, nulla fit mentio. Recis qui? spon. hoc ideo, vel quod Episcopi appellatione comprehendi possit, vel quod de eo nullum sit dubium: est namque Pontifex teste Varrone *lib. 4. de lingua Latina* à posse & facere dictus, quasi apud Pontificem summa sit potestas.

*b* Hi à pontifice primum locum tenent, *apud* enim principem significat, ut nec de his dubitari possit: quamvis eorum quoque

Quam  
Laici.

N

Patriar-  
cha.

C

Gerhardus *in dict. cap.* non meminerit. Fuerunt autem numero quatuor, Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus & Hierosolymitanus. *c. renovantes c. definimus dist. 22.* Differunt ab Archiepiscopis *c. multi 99. dist.* Patriarcha Episcopus appellari potest, sed non e contra. Archiepiscopus uni provinciae, Patriarcha multis praesidet, & in Archiepiscopos quoque potestatem habet, unde & primas appellatur *c. clericos 21. dist.*

*Archiepiscopi.*

*Episcopi.*

*c.* Archiepiscopi dicuntur, quod Episcopis sint majores & superiores, *d. c. clericos.*

*d.* Episcopi latine inspectores atque speculatores dicuntur, *d. c. clericos.* Praesunt autem civitati, & in eo ab Archiepiscopis differunt, qui provincijs praesident quae multas civitates complectitur.

*Abbates.*

*e.* Abbates dicuntur, qui monasterio praesunt, quod sint quasi patres monachorum, *N. 5.* Nonnunquam pro nobilib. accipiuntur, uti *Cujac. feud. 1. titul. 1.* autoritate Snidigeri ostendit.

*Ratio dubit. Ratio decid.*

*f.* Dices, Episcopum, Abbatem vel aliam quamcunq; Ecclesiasticam personam, feudum dare non posse, *feud. 1. tit. 6.* Respond. agi ibi de titulis. Tituli sunt praedia clericis ad alimenta destinata. Hujus tituli res vetuit Urbanus pontifex Episcopos vel ceteras personas Ecclesiasticas in feudum dare merito: quia proprio patrimonij jure ad Eccle-

ecclesias spectant, *Cujac. feud. tit. 1.* Bona profana in feudum dare possunt, item res in feudum dari solitas, si ad eos redierint ob fidem non præstitam, vel quam aliam vasalli culpam, *feud. c. 2. tit. 35.* Utrum verò hoc casu consensus capituli requiratur, item an possint dare cognatis & amicis, *vide Duar. c. 6. 4. § 5.*

g Olim dux belli five exercitus dicebatur, § *servi. Inst. de jure person. l. 4. ff. de statu qui. hom.* Hodie Imperatorem eum vocamus, Imperator qui est caput Christiani orbis, & dicitur princeps. § *sed quod principi, Inst. de jure nat. gent. § civi. feud. 2. tit. 10.* Differt à Cæsare. Cæsar dicitur qui designatus jam est Imperator, quique imperium quidem administrat, sed ad nutum imperatoris. Sic Ferdinandus vivente Carolo V. Maximilianus, vivente Friderico Cæsar erat.

h Dicitur à regendo, *cap. clericos 21. dist. 1.* qui quod Imperator in imperio, hoc ipsum in suo regno potest. Imò plus, quoniam regnum ad suos hæredes transmittit. Imperator toti non nisi electione, succeditur, *cap. per venerabilem extr. de elect.*

i Hi ab Imperatore vel Rege feuda regalia accipiunt, ut sunt Ducatus, Marchionatus & Comitatus. *Capitanei regis.*

k A ducendo exercitu ita dictus, *Zasius Dux.* *partes. num. 6.* Hinc Germanicum Herzog quasi ein Herz des Zugs.

C f

**Comites**

*l* Comites dicti sunt à comitando & sequendo *l. item apud §. comitem ff. de injur.* Cæterum hodie à feudis terrisque quibus investiuntur, sic nominantur, & in iisdem loco principis habentur, omniaque quæ Imperator in universo orbe, quilibet in suo territorio facere potest.

**March.**

*m* Marchio dicitur, qui de Marchia investitur, *feud. 2. tit. 10.* nomen est à Germanico *March*, quod significat limitem, *ein Feldmarch.* Alias graviones sive graphiones, quo nomine significatur iudex. Inde *Pfaltzgraviij*, id est, palatij iudices, *Landgraviij*, id est, provinciæ iudices, *Marchgraviij*, id est, limitis iudices sive comites, *Burggraviij*, id est, arcis præsidijque præfecti & iudices. Hi omnes olim fuere temporarij, hodie sunt perpetui, quales multos ordinasse Carolum IV, historia testantur, idque non tantum rei militaris causa, sed etiam ut populo jus dicerent. Unde comes pro iudice accipitur, *feud. 1. tit. 26.*

**Valvasores.****maiores.**

*n* Barbaro & illoco vocabulo ita dicti, quasi ad valvas dominorum suorum custodia & reverentiæ causa stantes. Hi à Ducibus, Marchionibus & Comitibus feuda accipiunt & improprie etiam capitanei appellantur. *feud. 1. tit. 1. & 13.*

**Valvasores minores**

*o* Hi à majoribus valvasoribus feudum accipiunt.

*p* Hi

p Hi à minoribus valvasoribus investi-  
 untur, & aliàs minores valvasores appel-  
 lantur, *feud. 2. tit. 10.* aliàs minimi, *feud. 1.*  
*tit. 15. & 16.* Olim feudum proprium non  
 habebant, quoniam mors valvasoris à quo  
 feudum acceperunt, siquidem decessisset  
 sine legitimis hæredibus, feudum maiori  
 valvasori sive capitaneo aperiebat, à quo  
 etiam quodocunque voluit, auferri pote-  
 rat, exceptis certis casibus, *feud. 1. tit. 1. in*  
*fin.* Sed in curia Mediolanensi, idem jus in  
 valvasinis, quod in valvasoribus servaba-  
 rur, *Cujac feud. 4. tit. 38. dict. tit. 1. in fin.* Sunt  
 & alij vasalli qui noviter feudum accepe-  
 runt, à valvasoribus tam majoribus, quam  
 minoribus. Hi nec valvasores dici possunt,  
 nec valvasini, quia plebeis non militibus  
 annumerantur. Illæ appellationes sunt mi-  
 litum & ordinum: at justi milites sive no-  
 biles non sunt, nisi qui à Principe, vel duce,  
 vel comite, vel marchione de feudo inve-  
 stiti sunt, vel etiam à valvasore majore sive  
 minore, dum modo longam annorum se-  
 riam numerare possint, qua feudum onus-  
 que militiæ ei annexum in familia sua re-  
 sederit. Atque hæc est certissima nobilium  
 definitio, *Cujac. feud. 2. tit. 10.* Ergo ut rem  
 paucis definiam, vasallorum alij capitanei,  
 ijque vel majores vel minores, alij valva-  
 sini, alij plebeij appellantur. Capitaneus  
 majori valvasori feudum dat, maior mi-

Valvasi-  
 ni.

Nobilitæ  
 definitio.

Vasallo-  
 rum quo-  
 duplex  
 conditio.

*Rusticus an possit feudum dare.*  
 non valvasori, minor valvasino, omnes autem de novo plebeio, feud. 2. tit. 10.  
 q. Etiam privatus: an & rusticus? ita sentiunt, per textum tit. 3. feud. 2. quoniam quilibet rei suae moderator & arbiter, l. in re mandata C. mandati. Et iniquum esset, ingenuis hominibus liberam de rebus suis disponendi facultatem non relinquere, l. 2. in fin. ff. si quis a parente manumissus. Contrarium tamen tenet Duar. c. 6. n. 9. Primum quia feud. 1. tit. de personis dignitate praeditis agitur. Secundum quia Dominus in vasallum jurisdictionem exercet feud. 2. tit. 15. Utrumque in rusticum non cadit. Veram haec in re servanda loci cujusque consuetudo.

*Feudum dare non possunt qui? Procurator.*  
 r. Etiam si totorum bonorum habeat administrationem, dummodo feudum sit novum quoniam novi feudi investitura est alienatio Duar. cap. 6. num. 12. At procurator totorum bonorum rem alienare non potest, l. 63. ff. de procur. Ergo nec in feudum dare.

*Curator.*  
 f. Si feudum sit novum, quoniam rem minoris sine decreto praesidis alienare nequit, toto tit. ff. de rebus eorum qui sub tut. &c. Antiquum feudum concedere potest, quia ejusmodi concessio, non tam alienatio est, quam prioris feudi renovatio, l. 1. §. aqueductus ff. de aqua quotid. & aestiva.

*Femina.*  
 r. Ratio, quoniam qui feudum dat, is jurisdictionem habere intelligitur, feud. 2.

tit. 15. & tit. 46. Fœmina vero jurisdictionem non habet, siquidem ab omnibus officijs civilibus remota est, l. 2. ff. de reg. jur. *Furiosus &c.*

*a* Ratio, quoniam investitura non fit, nisi ab eo, qui legitimam bonorum suorum habet administrationem, feud. 2. tit. 3. Hanc furiosus non habet, uti nec prodigus, mente captus, pupillus & minor, Ergo, &c.

DE HIS QUI FEVDVM  
accipere possunt.

CAP. VI.

**F** Eudum accipere possunt omnes, cujuscunque sexus *a*, ætatis *b*, conditionis *c*, aut qualitatis sint, §. personam feud. 2. tit. 3.

*a* Sive masculus sit, sive fœmina nam & fœmina de feudo in vestiri potest, feud. 1. tit. 8. feud. 2. tit. 17. & 30. Quid de hermaprodito dicendum, dubitaveris, utrumq; enim sexum representat, Ovi. 4. metam. *Los quæ Cujus erat species in qua materque paterque Cognosci possent, nomen quoq; traxit ab illis. Receptum tamen est, cum investiri posse, idque secundum sexum, qui in eo prævalet. argumento l. queritur, ff. de statusu homin.* *Fœmina. An & hermaproditus.*

*b* Sive pubes sit, sive impubes, nam & sine tutore vel curatore feudum accipere possunt. Ratio, quoniam pupillus quoque *Tam pubes quæ impubes.*

Ratio  
dubit.  
Ratio  
decid.

Infans  
per se non  
potest.

Minor  
per se po-  
test.  
Object.  
Solut.

Tam li-  
ber quam  
seruus.

acquirendum tutore non indiget, *l. p. p. p. l. ff. de acq. rer. dom.* sed quoad obligandum & alienandum, *l. obligari. ff. de authen. tut.* Dices præstanda esse seruitia, præstandum esse juramentum, hæc in impuberem non cadere. Resp. ætatem à juramento excusare, & expectandum domino, donec adoleuerit, *feud. 2. tit. 26. §. 12.* quæ patientia interim pro fidelitate habetur. Seruitia vero per alium præstari possunt, *feud. 2. tit. 100.* puta per procuratorem, tutorem siue curatorem, *feud. 2. tit. 55. §. 1.* Sed quid de infante, an possit feudum accipere? per se non potest, nō enim intelligit quid loquatur, multo minus quid agat, per tutorem itaque acquireret, *Zaf. par. 5. num. 2.* Minor per se feudum acquirere potest. Nec obstat, quod domino obligetur, obligari autem sine curatore nequeat, *l. 3. C. de in integrum rest.* quoniam per juramentum fidelitatis obligatur, *feud. 2. tit. 7. & 38. §. Sacramentum.* Juramento autem etiam sine curatore obstringitur, *authen. sacramenta C. si aduersus vendit.* Sequitur ergo tam puberem, quam impuberem feudum accipere posse. Illum, quia juramento obligatur, hunc, quia juramentum ad pubertatem vsque differtur, *feud. 2. tit. 26. §. si minori.*

*c* Sive liber sit, siue seruus, *feud. 2. tit. 3.* feudum enim feudique actionem, seruus domi-



domino acquirit, *Cujac feud. 2. tit. 4.* Nihil *Tam pa-*  
 etiam refert, paterfamilias sit, an filiusfa- *terfamil.*  
 milias, *Zasius parte 6. Roland à Valle cons. 71.* *quam fi-*  
 Sed an patri ususfructus feudi per filium *liusfam.*  
 acquiratur, controuersum: affirmativum *Questio.*  
*Sonsbecius tenet parte 7. num. 8.* Verius est *Virum*  
 non acquiri, tum quia feuda non censentur *patri v-*  
 jure reliquorum bonorum, sed ejus naturæ *susfructus*  
 sunt, ut ascendentes non transeant, *feud. 2. feudi per-*  
*tit. 50.* tum etiam quia feuda jure castren- *filium*  
 sis peculij censentur, dantur enim ob mili- *acquirat-*  
 taria seruitia. At castrensis peculij usum- *tur Re-*  
 fructum pater non habet *l. 6. Cod. de bonis sponsio.*  
*qualiberis.* Ergo nec feudi. Hanc senten- *Ratio.*  
 tiam, uti veriore, *d. cons. Rolandus 4. ar-*  
 gumentis confirmat. Denique nihil refert, *Tā cleri-*  
 laicus sit an clericus, *feud. 2. tit. 4. cap. ca-* *cus quā-*  
*terum de Ind. c. ex transmissa ext de foro comp.* *Laicus.*  
 Dices, clericus investitus à laico vide- *Ratio*  
 tur se illius jurisdictioni subijcere: at hoc *dubit.*  
 ne juramento quidem interveniente effi-  
 cere potest, *c. si diligenti ext. de foro comp. Ref. Ratio*  
 esse hoc singulare beneficium clerici, *decid.*  
 cui etiam renuntiare non potest, quia  
 non personæ, sed toti ordini Ecclesiasti-  
 co indultum, *Geil. lib. primo obseru. 37. Et*  
*obseruat. 40.* Cæterum ratione feudi, cle-  
 rici coram judice laico conveniri pos-  
 sunt, *Geil. d. 37. obser. num. 3. Mynsing. cent. 1.*  
*obseru. 22. Iulius Clarus in §. feudum quest.*  
*90.* Nec obstat §. *qui clericus feud. 2. lib. 26. Object.*

Solut.

*tit. 30. § 36. in fin.* quoniam *ad. ca. de feudo antiquo intelligenda.* Feudum novum à domino volente clericus accipere potest, *d. c. ex transmissa*: antiquum si vitæ religiosæ se dedat, retinere non potest, desinit enim esse miles sæculi, qui factus est miles Christi *feud. 2. tit. 21.* Postremo nihil refert cujus sit qualitatis vasallus; nam furor, dementia, cæcitas & similes defectus, quominus ab initio quis de feudo investiri possit, nihil obstant, est enim quod sibi imputet, qui ejusmodi vitio laborantē sponte feudum confert, *arg. l. 23. in f. ff. de minor.*

QUIBUS MODIS FEUDUM ACQUIRATUR.

C A P. VII.

Feudum  
acquiri-  
tur con-  
tractu.

Quomo-  
do  
Vel di-  
tractu.

**A**Cquiritur feudum primo con-tractu vel distractu. Contractu, ut donatione permutatione, venditione, &c. *feud. 1. tit. 10. § c.* Donare & gravis concedere solet dominus feuda præsertim ad se reverfa. Vendere & permutare vasalli inter se, *feud. 2. tit. 55.* domino tamen consentiente *a. feud. 2. tit. 44.* Distractu, ut transactione. Transigere potest vasallus *b*, si inter eum & extra-

neum

neum de feudo fuerit controversia, *feud. 2. tit. 36. §. si vasallus de beneficio* dummodo id fraudulenter non agatur, *feud. 2. tit. 43.* id est dummodo decidendi, non alienandi vel diminuen- di causa id fiat, *Cujac. feud. 4. tit. 23.*

Quomodo?

*a* Nam si invito eo vel ignorante, vasallus feudum alienaverit sciens, tum ad dominum redit, quem offendisse hoc modo & contempnissse intelligitur. Si ignorans, domino non committitur, sed ab emptore, cognita veritate, repetere potest, *Cujac. feud. 4. tit. 51.* ita tamen ut ad interesse ignorantis emptori condemnatur, *feud. 2. tit. 2. 6. §. si vasal.*

Vasallus invito domino feudum alienare non potest.

*b* Agere etiam & conveniri ignorante domino, *feud. 2. tit. 26. si vasallus*: vel etiam absente, *feud. 2. tit. 43.* eritque ratum iudicium etiam si evincatur feudum, *feud. 2. tit. 26. d. §. si vasallus de beneficio*, quamvis hoc casu, si velit adversus dominum habere regressum, laudare eum debeat ante condemnationem, *Cujac. feud. 4. tit. 1.* Illaudatus dominus non tenetur de evict. *Cui feud. 2. tit. 8.*

Ignorante domino agere & conveniri potest.

*c* Si quaeras cujus sit pecunia, quoniam transactio non fit nisi dato aliquo vel retento, *l. transactio. C. de transact.* Resp. eam feudo non imputari, sed ad vasallum pertinere, *feud. 2. tit. 26. d. §. si vasallus.*

Secundo, acquiritur praescriptione *a*,

ut

Quate-  
nus præ-  
scriptione  
feudum  
acquiratur.

ut si quis per triginta *b* annos rem aliquam ut feudum *c* possiderit, & servitium *d* domino exhibuerit: quamvis enim ea de re non sit investitus *e*, præscriptione tamen 30, annorum se tueri potest *g*. *feud. 1. tit. ult. feud. 2. tit. 9. §. 1. tit. 26. §. si quis* & *tit. 87.*

Præscri-  
ptio hic  
longi  
temporis  
possessio-  
nem si-  
gnificat.

Non ta-  
men 10.  
vel 20.  
sed 30.  
anno-  
rum.

*a* Quæ hic non exceptionem, uti alias, *l. si fideicommissum 50. §. 1. & ult. ff. de Ind. (ed longi temporis possessionem five acquisitionem significat, ut in l. ei à quo in fin. ff. de usucap. l. qui alienam 54 ff. de evict.*

*b* Nam 10. & 20. quibus aliàs præscriptio de jure communi procedit, non sufficiunt. Ratio quoniam rerum feudalium præscriptio durior est, & maioris præjudicij, quam allodialium. Vassallus domino ad multa obligatur, & vice versa dominus vasallo obstringitur, atque ideo 30. annorum spacium requiritur, si feudum sit seculare, si ecclesiasticum, 40. *Zaf. part. 6. Mynsing. cent. 4. obser. 29. sublata l. 13. C. de sacrosanctis Ecclesiis, & N. 9. quarum una in orientalibus, altera in occidentalibus ecclesijs introduxerat centum annorum præscriptionem, Cuiac. lib. 5. obs. 5. & in tractatu de diversis & tempor. præscript. cap. 31.*

*e* Non ut rem propriam. Ratio quoniam

niam feudum est qualitas fundi, quæ non  
 vetustate, sed solius domini voluntate tol-  
 litur, *Cujac. feud. 1. titul. 31.* Non etiam ut  
 pignus. Ratio, quoniam jus luendi pigno-  
 ris nullo unquam tempore præscribitur,  
 non enim tam jus est, quàm facultas, posi-  
 ta in arbitrio debitoris, ut quo minus ca-  
 utatur quodocunque velit, nulla ratione  
 impediri possit. Præterea creditor debitori  
 non sibi possidet, ergo sibi ipsi possessionis  
 causam mutare nequit, & per consequens  
 debitorem, quo minus oblata pecunia pi-  
 gnus suum recipiat, nulla temporis præ-  
 scriptione repellere, *l. 2. l. 7 §. ult. C. de præ-  
 script. 30 vel 40. annorum.* Dices omne jus  
 præscriptione 40. ann. tolli, *l. omnes. C.  
 dict. tit.* Ergo & jus luendi pignoris. *Resp.*  
 hoc de actionis, non de luitionis jure acci-  
 piendū, *Cujac. in l. pignori ff. de usuc.* nam luitio  
 pignoris non tam jus est quam facultas.

Non rei

propria,

sed alie-

na, ut

feudi.

Non ut

pignoris.

Object.

Solut.

d Non servitia. Ratio, quoniam semel  
 intra 30. annos servitium vasallum præsti-  
 tisse, sufficit singulis annis præstitisse nō est  
 opus, *Zasius part. 6. Mys d. cent. 4. obs. 29.*

Præscri-

bentē se-

mel ser-

vitium

e Ratio, quoniam præsumptio est, omnia  
 solennia præcessisse, *Wesemb. hic c. 6.* Inve-  
 stituram itaque probare non tenetur, at est.

præstitis-

sesatis

est.

hæres probare cogitur, *feud. 1. titul. 28.* ju-  
 rando scilicet cum 12. sacramentalibus, se  
 vel patrem suum investitum fuisse vel quasi  
 jure non est

Investi-

turam

probare

jure non est

noceffe. *Ratio. Hæres probare cogitur.*

- Object.** jure investituræ feudum sine ulla interpelatione per 30 annos possedisse. Nec obstat quod dicitur, *feud. 1. tit. 11.* ejusmodi juramento non esse credendum: quoniam id procedit nisi quis præscriptionem prætendat, *Gethof. feud. 1. tit. 28.*
- Solut.**
- Questio.** f Sed quid si feudum à vasallo alienatum, dominus revocare velit; an possit aliqua exceptione repelli? non videtur per text. in *cap. imperialē feud. 2. tit. 55.* in verb. nulla temporis præscriptione impediente, & textū in §. præterea *feud. 2. tit. 40.* Præterea (inquit) ut liceat dominis omnes alienationes feudi factas nullas obstante præscriptione revocare. Facit huc *feud. 2. tit. 83.* ibi sine ullo obstaculo & temporis præscriptione beneficium vindicet. Verius tamen est, post 30. annos dominū posse repelli, *feud. 2. tit. 9. §. porro.* Item *feud. tit. 28.* in
- An dominus feudū à vasallo alienatū revocaturus possit præscriptione repelli.** f Nec obstat prædicta c. intelligenda siquidē de longi temporis præscriptione, *Cujac. feud. 4. tit. 49.* Vnde illud Guntheri, Nullaq; vel longi præscriptio temporis obstat, quominus ad dominū redeat translata priorē.
- Ratio dubit.** g Quemadmodum vice versa dominus, si contra vasallum spatio 30. annorū libertatem præscripserit, ut quia statuto temporis spatio rem feudalem pro libera possideat, *Zasius d. loco. Dua. c. 8. n. 5. Mynsing. cent. 4. obs. 28.* idq; ex natura correlativorū, quorū eadē est disciplina, *l. ult. C. de indicat. viduit.*
- Respon- sio vera.** Tertiò,
- Resolutio contrariorum.** Uti vasallus servitutem quasi præscribere potest, ita econtra dominus libertatem.

Tertio, acquiritur successione. Successio autem duplex est, testamentaria scilicet quæ ex testamento, & legitima quæ ab intestato defertur. De testamentaria hoc loco nihil, quoniam nulla de feudis in testamento potest fieri ordinatio *a*, *feud. 1. tit. 8.* De legitima igitur videamus. In hac secundum juris communis dispositionem triplex est succedenti linea sive ordo, descendantium, ascendentium & collateralium. De ascendentium successione itidem hoc loco nihil, quoniam in feudis non succedunt *b*, *feud. 2. tit. 50.* de reliquis igitur & primo de descendantibus dispiciamus *c*. Ascendentium appellatione veniunt *d* veri. Liberos aut nomine non solum filios filiasve, sed largo modo *d* etiam nepotes *e* neptesve intelligimus, *l. liberorum, ff. de verb sign.* Horum rursus alij sunt naturales & legitimi simul, alij naturales tantum, alij legitimi tantum, alij denique legitimatedi. De singulis ordine & quomodo jure communi, quomodo etiam jure feud-

Successio duplex, testamentaria & legitima.

Testamentaria non est huius loci.

Ratio.

Legitima triplex est.

Liberos appellatione qui veniant.

Liberi quatuorplex.

*Naturales & legitimi qui dicuntur.* feudali & Saxonico succedant, breviter perstringamus. Naturales igitur & legitimi simul dicuntur qui ex justis nuptijs procreati sunt, vt filius filia, Hi vel sunt in potestate patris, vel patria potestate liberati sive emancipati. Priori casu, aut soli extant. aut cū filijs & filiabus, ex filio filiaue præmortuo præmortuaue concurrunt. Si extent soli filius filiaue, jure communi in capita succedunt *f. N. 18. c. 1.* Jure feudali soli filij succedunt, foeminae vero excluduntur *g. feud 2. tit. 11. § 50.* nec saltem filij, sed etiam nepotes pronepotes, &c. usque in infinitum, dummodo ex filio non etiam filia nati *h. dict. tit. 11.* Jure Saxonico idem quod de jure communi seruatur, obseruata interim differentia circa res expeditorias & utensilia: nam ad filios res expeditoriae Germanice *das Heergerwed* / ad filias vero neptesue utensilia spectant *die geradte lib. 1. art. 22. § 27.* Posteriori casu, scilicet quando soli non extant sed cum filijs, vel filiabus

care-



ceterisque præmortuorum præmor-  
 tuarumve descendentes concurrunt, illi in capita, hi in stirpes i succedunt, idque secundum jus commune. *Si cum fratrum sororumque liberis concurrunt, quomodo jure cōmuni succedunt.*  
 Jure feudali idem quoad masculos (nam foeminas regulariter diximus excludi) *feud. 1. tit. 8.* sive filij cum nepotibus concurrant, *feud. 1. tit. 14. §. 1.* sive soli nepotes extent, *feud. 1. tit. 1. §. 2.* nihil enim hac in re jure feudali *Quomodo jure feudali.* sive consuetudinario est immutatum. itaque juri communi standum, *feud. 2. tit. 1.* Jure Saxonico etsi propter *Quomodo jure Saxonico.* expressum textum *Landtr. lib. 1. art. 5.* jus repræsentationis nepotibus nepotibusve non videatur competere, at tamen *gloss. in dict. artic. 5.* id jure novissimo correctum esse asserit, idque *per gloss. Landtr. lib. 1. art. 17. Et gloss. fin. Weichb. art. 63.* Quod quia usu servatur, nihil videtur jus Saxonicum etiam hoc casu à jure communi differre.

Ratio, quoniam feudū non consistit, nisi in rebus alienis, uti diximus supra: at de rebus alienis nemo testari potest, sed

D

*Testa-  
menta-  
ria suc-  
cessio non  
obtinere  
in feudis.* tantum de suis & proprijs, *Vlp. tit. 20. l. ver-  
bis. ff. de verb. signif.*

*Ascen-  
dentes in  
fendo nō  
succedūt.* *b* Ratio, quoniam qui feudum accipit, si-  
bi & liberis suis, non parentibus prospicit,  
*Cujac. feud. l. tit. 1.* Deinde quia feudum da-  
tur ob servitia: ad servitia autem præstanda

*Liberorū  
successio  
potior est.* liberi indies magis idonei, parentes vero  
minus idonei redduntur.

*Liberorū  
appella-  
tione  
proprie  
non ve-  
niunt  
nepotes.* *c* Ratio, quoniam naturalis ratio, quæ  
lex quædam tacita liberis parentum hære-  
ditatem adjicit, ad debitam successionem  
eos vocando, *l. cum ratio ff. de bonis damn. idē*  
que propter votum paternum & naturalem  
erga liberos charitatem, *l. nam et si, ff. de in-  
officioso testamens.*

*Sed im-  
proprie.  
Filij fi-  
liæve si  
sint soli,  
aquali-  
ter in ca-  
pitā suc-  
cedunt.* *d* Nam proprie loquendo aliter filij ali-  
ter nepotes appellantur, *§. f. Inst. qui test. tut.  
da. poss.* Filium eum definimus, qui ex viro  
& uxore ejus nascitur, nepotem verò, qui  
ex filio nostro & uxore ejus gignitur, *§. f.  
inst. de pat. potest. l. filium, ff. de his qui sunt sui  
vel alien. jur.*

*e* Dalciori enim nomine nepotes appel-  
late non possumus quam filij, *d. l. liberorum.*

*f* Ratio, quoniam hæreditas liberis jure  
naturæ debetur, *d. l. cum ratio.* At jus natu-  
ræ omnes æqualiter agnoscit, & qui d. ff.  
rentiam inducunt, naturæ accusatores exi-  
stant, cur enim non solos masculos genera-  
vit ut unde generentur, non fiat? *l. maximū,  
C. de liber. prator.*

*g* Ratio

g Ratio, quoniam bellorum necessitas peperit feudi ac bello gerendo faciendove foeminae idoneae non sunt, tum quod non deceat eas arma ferre, tum etiam quod publica honestas non patiatur, ut coetui virorum sese immisceant, ut taceam, quod fragilia foeminarum sint consilia, quod lubrica vota quibus adversus propria commoda laborant, *l. 4. C. de spons. & saepe in perniciem substantiae earum deducuntur §. 1. Inst. quibus alien. licet vel non.*

*Iure foedali foeminae non succedunt.*

h Ratio quoniam dominus qui feudum dat eligit sanguinem, familiam, stirpem generosam & fortem, nihilque minus vult, quam ut ad feudum invitentur, qui seorsim ab ea familia nascuntur, ad foemina nubendo suam familiam claudit, & in alienam transit, unde & caput & finis familiae dicitur *l. pronuntiatio. ff. de verb sig.* Itaque liberi eius ad feudum aspirare nequeunt.

*Non succedunt filij eius vel nepotes.*

i Ratio, quoniam in locum patris succedunt: atqui pater si supervixisset, nihil plus consequeretur, ergo nec liberi eius: nemo enim plus commodi haeredi suo relinquit, quam ipse habuit, *l. nemo. ff. de reg. jur.* & constat haeredem ejusdem esse juris potestatisve cujus fuit defunctus, *l. haeredem ff. dict. tit.*

*Nepotes iure communi, et stirpes succedunt.*

**E** Mancipati liberi sublato jure veteri a jure novo cum caeteris qui in

*Emancipati liberi qua-*

*modo  
jure an-  
tiquo.*

*Novo,  
Iure feu-  
dali.*

*Et Saxo-  
nico suc-  
cedant.*

*Iure an-  
tiquo ex-  
clude-  
bantur.*

*Iure no-  
vo suc-  
cedunt.*

*Succe-  
dunt &  
jure feu-  
dali.*

*Ratio  
dubit.*

*Ratio de  
eid.*

patria potestate manserunt, æquali-  
ter succedunt *b. N. 118. cap. 1.* Succe-  
dunt & iure feudali *c. Alvar. & Dd.*  
*communiter in §. hoc quoque feud. 1. tit.*  
*1. nec non & iure Saxonico, dummo-  
dò acceptam partem mediante iura-  
mento conferant, l. si emancipati. l. post-  
humo l. ut liberis C. de coll. Sandtr. lib. 1.*  
*tit. 13.*

*a* Ratio, quoniam illo iure suitas & per-  
consequens successio per emancipationem  
collebatur, §. *item per emancipationem Instit.*  
*quib. modis ius patr. pot. solu. & emancipatus*  
prorsus extraneus efficiebatur, §. *ceteri Inst.*  
*de hered. qual. & diff.*

*b* Ratio, quoniam hoc iure non tam  
suitas, quam ius sanguinis consideratur,  
quod immutabile, & nulli unquam iure  
civilis dirimi potest, §. *f. Inst. de legit. agnat.*  
*tut l. ius sanguinis ff. de reg. jur.*

*c* Ratio dubitandi quod per emancipa-  
tionem desinat esse agnatus, & maneat  
saltem cognatus, qui ad successionem feu-  
di non admittitur, *feud. 2. tit. 11.* Ratio de-  
cid. quod coniancti per lineam masculinā  
succedant, sive agnati sint sive cognati, id  
est, sive in patria potestate existant, siue non  
existāt: hoc enim agnatici & cognatici juris  
discrimen, *d. N. 118. c. 1.* sublatum, non illud;  
quod

quod ex linea fœminina sive materna descendit, per quam conjuncti, in feudo regulariter non succedunt, *dict. tit. 8. in fin.*

*d* Sic filia dote simpliciter accepta ad hereditatem non admittitur nisi conferat dotem, *l. filia, l. filiam. l. ut liberis, l. illud. Saxonico C. de collat.* Aliud in donatione simplici. Donatio simplex, facta liberis, non valet, sed morte confirmatur, *l. à patre C. dict. tit.* & habet vim relicti. Sicut ergo relicta non conferuntur, ita nec ejusmodi donatio exceptis casibus, quos notat gloss. in authent. ex testamento C. de collat.

*Et denique iure Saxonico si modo accepta patrem conferant.*

Naturales tantum aut sunt nothi aut spurij, aut incestuosi. Nothi dicuntur, qui ex unica a soluta b, domo erenta & loco uxoris habita concubina nascuntur. Hi & patri & matri succedunt. Patri, si legitimos liberos non habeat, quo casu unà cum matre duas paternæ substantiæ uncias consequuntur, *N. 89. c. 12. authent. licet C. de nat. liberis.* Sin autem legitimos liberos habeat, alimenta saltem debentur, idque secundum matrimonij mensuram, *dict. num. 89.* Matri succedant, nisi fuerit illustris c.

*Naturales quoque duplices sint. Nothi qui dicuntur. Quibus quoque modo succedant jure communi.*

Quomo-  
do jure  
feudali.

Spurij  
dicantur.

Quomo-  
do succe-  
dant jure  
comuni.

Quomo-  
do jure  
feudali.

Incestuo-  
si, qui di-  
cantur.

Quomo-  
do succe-  
dant jure  
comuni.

Quomo-  
do jure  
canoni-  
co.

Unicam  
concupi-  
nam

*l. si qua, C. ad S. C. Orphitian.* Jure feu-  
dali nec patri nec matri succedunt,  
*d. juxta communem Dd. opinionem in*  
*§. naturalis feud. 2. titul. 26.* Spurij di-  
cuntur, qui incerto patre nati sunt  
& vulgo quæ fiti appellantur, barba-  
re balthardi à Germanico Wöhart /  
Cujac. num. 18. hi jure communi patris  
non succedunt e, *l. si spurius, ff. unde*  
*cognati. Matri succedunt f, §. novissi-*  
*me Instit. ad S. C. Orphit.* Jure feudali  
nec patri, nec matri succedunt g, *Dd.*  
*in d. §. naturales.* Incestuosi dicuntur  
qui ex incestuoso complexo & da-  
mnato coitu nati sunt, *Authent. ex*  
*complexu, C. de incestis nupt.* Hi jure  
comuni non succedunt, imo ne  
alendi quidem sunt, quoniam nec  
liberi appellandi, num. 80 in fin. Jure  
canonico iisdem alimenta saltem de-  
bentur, idque ex æquitate, *c. cum*  
*haberet ext. de eo qui duxit in uxorem*  
*quam polluit, &c.*

a Ratio, quoniam concubina legiti-  
mam uxorem imitatur & loco uxoris est,  
Cujac.

Cuiac. lib. 4. observ. 6. at duas uxores eodem tempore habere non licet, l. 2. C. de incestis

habere  
liber.

nupt. Ergo nec duas concubinas, text. in N. 89. c. 12. §. si vero.

Solutario  
Et licitū,

b Ratio quoniam sicuti una duobus nupta esse non potest, §. affinitatis, Inst. de nupt. ita nec unius uxor & alterius concubina: quemadmodum vice versa, qui uxorem habet, concubinam habere nequit, l. f. C. de

i. e. cura  
qua mu-  
pria cor-  
sistere  
possunt.

o Ratio, quoniam mulieribus illustribus & ingenuis, quibus castitatis observatio præcipuum debitum est, nominari spurios, injuriosum satis & acerbum videtur, l. si qua C. ad S. C. Orphit.

n. 117. c. 2.  
Et quam  
leges non  
vetant  
ducere. l.

d Ratio, tum quod honeste in curia domini stare non possint, tum quod in status & concessionibus liberorum appellatio- ne non veniant, l. ex facto, §. si quis rogatus ff. ad S. C. Orphit. Geil. lib. 2. obs. 104.

incest.  
nupt.  
Natura-  
les matrē  
illustri

e Ratio, quoniam pater incertus est, vulgò quesiti, ff. de statu hom. quinimo nec patrem habere intelliguntur, §. vulgò Inst. de succ. ff. cogn. quia paria sunt, non esse, vel non apparere, l. duo, ff. de testam. tut.

non suc-  
cedunt.  
Non suc-  
cedunt  
quoque

f Ratio, quoniam semper certa est, l. quia ff. de in jus jurando, vide Cuiac. num. 18.

jure fens-  
dal. Spi-

g Quemadmodum nec naturales, uti rii patri dicitur non suc-

cedunt iure communi. Matri succedunt. Iure feudali nec patri nec matri succedunt.

dixi non suc-

diximus, quibus hi multò deterioris sunt conditionis.

*Legitimi  
tantum  
qui di-  
cantur.*

Legitimi tantum dicuntur adoptivi, civili saltem adoptinis vinculo copulati: hi succedunt iure communi, juxta distinctionem *l. pen. C. de adopt. jure feudali non succedunt §. adoptivi feud. tit. 26.*

*Quomo-  
do jure  
commu-  
ni succe-  
dant.*

*Iure feu-  
dali non  
succedunt.*

*Ratio  
dubit.*

*Ratio  
decid.*

*Object.*

*a* Ratio quoniam feuda dantur sanguini, *Cujac. feud. 3. tit. 10.* adoptio jus sanguinis non adfert, *l. qui in adoptionem ff. de adop.* Adoptivi liberi veri liberi non sunt, sed adscititij & commentitij *l. fideicommissum ff. de condit. & demonstr.* Dices, cognatio est jus sanguinis, *§. fin. Inst. de legit. agnat. tut.* Adoptio cognationem adfert, *l. 1. §. 4. ff. unde cognati.* Ergo & jus sanguinis. Resp. cognator alias in genere alias in specie considerari. Filius adoptivus est agnatus in specie, cognatus in genere, *l. inter ff. unde legitimi*, at non in specie. Cognati in specie dicuntur qui ex uno nati, *l. 1. §. 1. ff. unde cognati*: vel ex uno communiter nati, vel ab eodem orti sunt, *l. 4. §. 1. ff. de grad.* Hæc definitio liberis adoptivis non competit, ergo nec definitum. Non obstat quod dicantur consanguinei, item quod iura consanguinitatis habeant, *l. 1. §. n. ff. de suis & legit. her.* & quod liberorum appellatione veniant, *l. 8. ff. de in jus vocando.* quoniam aliud est sanguinis, aliud



aliquid consanguinitas. Sanguis cognatio est naturalis, l. 2. ff. unde cognati, l. vel si ff. de manumis. vind. l. si adulterium. §. 1. ff. ad l. Iul. de adul. l. dotem. §. ult. ff. de cast. pecul. consanguinitas est species agnationis, §. vulgo Inst. de succes. cognat. Adoptivus filius est quidem agnatus, attamen non cognatus *dist. l. qui in adopt. ff. de adopt.* Deinde adoptivi liberi veri liberi non sunt, sed commentitij, uti diximus, & arte magis quam natura procreati, nec proprie consanguinei dicuntur, sed improprie. §. 2. Instit. de legit. agnac. succes.

Solutio.

Legitimati sunt qui ab initio naturales existentes, postea legitimi fiunt: quod tribus modis accidit a: per subsequens matrimonium, per oblationem curiæ, & per rescriptum Principis, n. 80. Legitimati per subsequens matrimonium b, una cum liberis naturalibus & legitimis simul succedunt, idq; tam jure civili, quam jure canonico, l. cum quis. C. de nat. lib. §. dubitatum. num. 12. c. tanta ext. qui filij sint legit. Succedunt & jure feudali d, quoniam non invenitur correctum nec immutatum, atque ideo

Legitimi qui dicantur.

Quot modis fiant.

Legitimati per subsequens matrimonium

quomodo jure communi succedant.

Quomodo jure canonico.

E

*Iure feu-  
dali quo-  
modo.*

*Quomo-  
do jure  
Saxoni-  
co.*

*Tres pre-  
cipua le-  
gitima-  
tionis sūt  
species.*

*Legiti-  
matio  
per subse-  
quens  
matrimo-  
nium  
à quo in-  
venta.*

ius commune servandum, per regu-  
lam traditam ab Oberto *feud. 2. titul. 1.*  
& probat hoc ipsum *Geil. lib. 2. observ. 141.* eamque sententiam supremæ cu-  
riæ assessores teste, *Mynsing. cent. 4. observ. 42.* secuti sunt. Denique suc-  
cedunt & jure Saxonico, atque ita  
pronuntiant Scabini Lipsenses non  
obstante *art. 37. lib. 5. Landr.* quem  
gloss. ibidem correctum & inter re-  
probatos articulos habendum asserit.

*a* Potissimum, nam arrogatio & adoptio  
naturalium liberorum, ab Anastasio intro-  
ducta, *l. 6. C. de nat. lib.* quamvis à Justino  
fit sublata, *l. 7. C. cod.* Et à Justiniano filio  
ejus improbara, *num. 74. c. 3. §. 89. c. 7. re-*  
*duci tamen videtur ab eodem, n. 117. c. 2.* nec  
enim plus nominatio filij quam adoptio  
potest, *§. f. Inst. de adopt.* nisi forte aliquan-  
do plus dare libueri; nominationi quæ fit  
ex scripto, quam adoptioni, *Cujac. d. num.*

*b* Hic legitimandi modus inventus est à  
Constantino, renovatus à Zenone, *l. Divi*  
*C. de nat. lib.* actus ab Anastasio, *l. jubemus*  
*C. dict. tit.* Constitutio Zenonis ad præte-  
rita spectat, id est, ad liberos ante eam con-  
stitutionem natos, voluit enim hac re in-  
vitare homines ad fugiendum concubina-  
tum

tum & contrahendum in posterum matri- *A que*  
 monium. Constitutio Anastasij tam ad an- *bus ap-*  
 tenatos, quam postnascituros pertinet *probata*  
 Anastasio consentit Justinianus in *l. cum* *Gr. auct. d.*  
*quis. C. dist. tit.* eodem loco habens tam an-  
 te quam post nuptias editos, ut scilicet le-  
 gitimi sint ante nuptias editi, quamvis  
 post nuptias alij editi non sint, vel editi de-  
 functi sint. Præterea Zenonis constitutio  
 de concubina saltem ingenua, Anastasij  
 generaliter loquitur. Illa tantum hoc exi-  
 git, ut quis concubinam uxorem ducat,  
 hæc, ut etiam dos & dotalia instrumenta  
 interveniant, quod approbat Justin. *in d. l.*  
*cum quis.* Dos enim est concubinatus abo-  
 litio, & nuptiarum argumentum.

Porro utriusque, id est, & Zenonis &  
 Anastasij constitutione, plenior est Justin.  
 in eo, quod etiam legitimis liberis extan-  
 tibus, nati ex concubina, per subsequens  
 matrimonium legitimari possint. Quod  
 quia à Zenone & Anastasio, quinimo ab  
 ipso Justin. erat omissum, addidit, *n. 12. in f.*  
 simul & illud adjiciens, hoc modo legiti-  
 matos liberos, non solum patri legitimos  
 fieri, sed etiam cæteris consanguineis.

*c* Et iisdem gaudent privilegijs, fœmi- *Cujus sit*  
 nas ex statuto excludunt, in emphyteusi *efficacia*  
 succedunt, ad Episcopatû admittuntur, ha- *Et quis*  
 bent jus primigenituræ, jus prothomiscos, *ejus esse*  
 beneficium, *l. si unquam C. de revoc. donat. etus.*

& omnia denique juris remedia, quæ legitimis & naturalibus competunt, *Geil. lib. 2. observ. 141.*

*Object.* *d* Non obstat, quod dicitur in §. *naturales, feud. 2. tit. 26.* naturales qui postea fiunt legitimi, ad successionem feudi nec solos,

*Solut.* nec cum alijs admitti: quoniam hoc de liberis naturalibus, qui post delatam successionem legitimi fiunt, intelligendum: hi non succedunt, ut nec clerici, nec laici, nec monachi, nec servi, quamvis laici aut liberi fiant, *Cujac. feud. 4. tit. 11.* Ratio quoniam in feudis tempus delatæ successionis spectatur, *feud. 2. tit. 106.* Non ob-

*Object.* stat etiam *num. 89.* ubi per legitimationem integra suitas non acquiritur, sed ex parte

*Solut.* patris tantum, loquitur enim de legitimatis per oblationem curiæ, quos patri saltem suis & legitimos fieri, constat ex *l. communium. C. de nat. liberis.* At legitimati per subsequens matrimonium etiam liberis justis consanguinei fiunt, & idem jus habent, quod reliquis legitimis conceditur, *dict. num. 12. in fin. ubi Cujac.* ut quæ in contrarium passim adducuntur argumenta vel hoc solo fundamento utenti, parum aut nihil obstare videantur.

Legitimatione per oblationem curiæ quo modo

Legitimati per oblationem curiæ patri ab intestato succedunt *b, num. 89. cap. 3.* legitima jura consequuntur,

tur, patri legitimi existunt, *l. commu-  
nium. C. de nat. liberis*, patri in feudo suc-  
cedunt ante tamē non post legitima-  
tionē acquisito, *Cujac. in dict. §. natu-  
rales. Agnatis non succedunt, n. 89. c. 4.*

*succedāt  
jure com-  
muni.*

*Quomo-  
do jure  
feudali.*

*a* Hic legitimandi modus inventus est à  
Theodosio, *l. 3. C. de nat. lib.* approbatus à  
Leone, *l. 4. C. dict. tit.* & confirmatus à Iusti-  
tiano, *dict. num. 89. cap. 2.* ubi refert, Philoculum  
quendam filium naturalem publice obtu-  
lisse patrem curiæ Bostræ civitatis, unde  
liquet *in d. l. 4. pro nostræ legēdum Bostræ*,  
quæ est civitas Arabiæ.

*Legiti-  
matio  
per obla-  
tionem  
curiæ à  
quo in-  
venta.*

*b* In dodrantem, *dict. n. 89. cap. 6.* sublato  
quadrante & besse, de quo *d. loc. commu-  
nium C. de nat. liberis*, sublata etiam diffe-  
rentia bonorum adventitiorum & profes-  
sitiorum.

Legitimati per rescriptum Princi-  
pis jus suicitatis & agnationis habent,  
itaque non modo patri, sed etiam alijs  
succedunt, *numero 74.* In feudis non  
succedunt, nisi nominatim à princi-  
pe ad feuda sint legitimati *a, Myns.  
cent. 5. observ. 42. Geil. observ. 142. lib. 2.  
num. 12.*

*Legiti-  
matio per  
rescriptū  
principis,  
quomodo  
et qui-  
bus suc-  
cedat*

*a* Utrum id fieri possit in præjudicium

*jure co-  
muni.*

E 3

*Quomodo jure feudali.*

JURIS FÉODALIS

*Questio  
an prin-  
ceps in  
prajudi-  
cium  
agnato-  
rum quē  
legiti-  
mare  
possit.  
Ratio  
dubit.  
Decisio.  
Ratio  
decis  
Limita-  
tio.*

agnatorum, in casu non existentium libe-  
rorum queritur. Et sane quoad feudum no-  
vum res caret scrupulo, in quo aliās agnati  
non succedunt, *feud. 1. titul. 14. §. fin.* In feu-  
do antiquo major est dubitatio, eo quod  
agnatis ex pacto & providentia primi ac-  
quirentis, jus sit acquisitum. Receptum  
tamen principem id facere posse, quia jus  
agnatorum non in re ipsa, sed in spe sal-  
tem positum, nec plene acquisitum, sed ad-  
huc acquirendum: hoc facilius, quā illud  
tolli potest. *gloss. in dict. §. naturales.* Princi-  
pis interim officij est, ut provideat, an ju-  
sta hujus legitimationis subsit causa abso-  
lutam potestatem exercere non debet,  
aliās peccatum committit: id enim posse  
dicimur, quod honeste possumus, *cap. fa-  
ciat homo 22. quest 2.* quæ contra bonas  
mores sunt, quæ pietatem, existimatio-  
nem & verecundiam lædunt, ea nec facere  
nos poss: credendum est, *l. filius ff. de condi-  
tione inst.*

*De suc-  
cessione  
collate-  
ralium.  
Collate-  
rales qui  
dicuntur*

Atque hæc de successione descen-  
dentium: sequitur collateralium.  
Collaterales dicuntur omnes, qui ex  
latere veniunt, veluti fratres, sorores,  
fratrum sororumque liberi, &c. tam  
masculi, quā fœminæ. Horum  
alij sunt germani, alij consanguini-  
neis

nci, alij uterini, *numer. 84.* Germani, qui iisdem parentibus, id est, eodem patre eademque matre nati sunt,

*num. 115. cap. 3.* Hi aut extant soli, aut cum consanguineis, uterinis, vel fratrum sororumque liberis concurrant. Si extant soli, jure communi

sive masculi sint, sive foeminae, aequaliter in capita succedunt, *Authent. itaque C. communia de successione. §. si igitur defunctus, num. 118.* Jure feudali soli masculi succedunt *a, feud. 1. tit. 8. §. 1. feud. 2. tit. 11.* Quod si cum consanguineis vel uterinis concurrant jure communi excludunt eos *b, d. Authent. itaque, quemadmodum & jure Saxonico c per textum expressum Landtr. lib. 2. art. 20.* Jure feudali saltem uterinos *d, non etiam consanguineos e excludunt, Geil. li. 2. obs. 151.*

*a* Quemadmodum in linea descendenti: cujus rei ratio supra adducta.

*b* Ratio, quoniam ex uno saltem latere conjuncti, minus fratres sunt, quam ex utroque, *n. 118. c. 3.* siquidem duo vincula plus ligant, quam unum, *§. sed hodie Inst. de man. c. adopt. n. 84. c. l. inf.*

*c* per textum expressum Landtr. lib. 2. art. 20.

*d* non etiam consanguineos *e* excludunt, *Geil. li. 2. obs. 151.*

*e* excludunt, *Geil. li. 2. obs. 151.*

*d* non etiam consanguineos *e* excludunt, *Geil. li. 2. obs. 151.*

*e* excludunt, *Geil. li. 2. obs. 151.*

*f* Ratio, quoniam ex uno saltem latere conjuncti, minus fratres sunt, quam ex utroque, *n. 118. c. 3.* siquidem duo vincula plus ligant, quam unum, *§. sed hodie Inst. de man. c. adopt. n. 84. c. l. inf.*

*g* Ratio, quoniam ex uno saltem latere conjuncti, minus fratres sunt, quam ex utroque, *n. 118. c. 3.* siquidem duo vincula plus ligant, quam unum, *§. sed hodie Inst. de man. c. adopt. n. 84. c. l. inf.*

Fratres  
sorores  
ve.

Quomodo  
jure  
communi  
succedant  
si  
extant  
soli.

Quomodo  
jure  
feudali.

Et quomodo  
jure  
Saxonico.

Jure  
feudali  
soli  
masculi  
succedunt.

Jure  
comuni  
ger  
muni  
ger  
sanguineos  
& uterinos  
excludunt.

E 4  
sanguineos & uterinos excludunt

*Jure Sa-  
xonico i-  
bidē ex-  
cludunt.*

*Jure feu-  
dali sal-  
tem ute-  
rinos.*

*Non etiā  
consan-  
guinos  
exclu-  
dunt.*

*Quomo-  
do iure  
commu-  
ni succe-  
dant, si  
cum fra-  
trum so-  
rorumq;  
liberis  
concur-  
rant.*

*Quomo-  
do iure feudali.*

*c* Ratio, quoniam frater ex uno latere, five consanguineus fit, five uterinus, itemque soror, secundum computationem juris Saxonici, per unum gradum longius removeretur, *Landr. lib. 1. art. 3. & lib. 2. tit. 20.*

*d* Ratio, quoniam cognati sunt, quippe non ab eodem patre, sed eadem matre nati ad cognatos vero neq; beneficium, neq; beneficij successio pertinet, *dict. tit. 11.*

*e* Ratio, quoniam consanguinitas est species agnationis, §. *vulgo Inst. de succes. cog. agnati autem in feudo succedunt, dict. tit. 11.* Ergo & consanguinei præsertim cum vinculum ex parte matris in feudo non consideretur. Unde licet in fratre ex viroque latere conjuncto, duæ qualitates concurrant, quia tamen altera ipsarum est impertinens, non auget succedendi effectum, *Geil. lib. 2. obs. 151.*

At si cum fratrum sororumque liberis concurrant, jure communi successio fit in stirpes *a*, & fratrum liberi, five masculi sint, five foeminæ, cum fratribus defuncti ad hæreditatem admittuntur *b*, *authent. cessante. C. de legit. hered. num. 115. cap. 3.* Jure feudali soli masculi admittuntur, neque tamen omnes, sed hi tantum modo,

qui



qui ex virili, *feud. 1. tit. 8. §. 1.* non ex  
fœmineo sexu descendunt, *feud. 2. tit.*  
*11. sive soli sint, sive cum fratrum libe-*  
*ris concurrant c,* quo casu secundum  
jus commune successio etiam in stir-  
pe fit *d, feud. 1. tit. 1. §. 2. dict. tit. 8. §. 14.*  
*§. 1. feud. 2. dict. tit. 11.*

*a.* Ratio, quoniam absurdum foret hæ- *Fratrum*  
redem plus juris potestatisve & commodi *liberi ju-*  
habere, quam ipse defunctus habuit, cujus *re com-*  
vicem repræsentat, *l. nemo plus, 120. l. hæ-* *muni ho-*  
*redem, 59. ff. de reg. jur.* surrogatum enim sa- *die succe-*  
pit naturam sui surrogantis, *§. fuerat. Inst. de dunt in-*  
*act.* nec oportet ex qualitate vel numero *stirpes.*  
hæredum, præmortui, cohæredis, jus reli-  
liquorum imminui, aut immutari, *l. 2. §. 1. ff.*  
*de V. O.* Itaque successores quamvis nume-  
ro plures, unam tantum illam partem ca-  
pient, quam defunctus si vixisset pro suo  
capite erat accepturus, *n. 115. c. 3.*

*b.* Olim excludebantur, *l. 3. C. de legit. Iure an-*  
*hæred.* Ratio, quoniam jus repræsentatio- *tiquo ex-*  
nis erat incognitum, & in sola descenden- *cludebã-*  
tium linea ex *l. 12. tabul. receptum, l. 3. C.* *tur.*  
*de suis & legis. hæred.* Hodie cum in linea  
collaterali, saltem quoad fratrum, soro-  
rumq; liberos sit introductum, succedunt  
non modo si cum parentibus, *n. 118. cap. 3.*  
sed etiam quando cum fratribus defuncti

concurrunt, n. 127. id quod approbatum in comitijs Spirensibus anno 1521.

*Jure feudali excludunt patres defuncti. Excludunt & jure Saxonico. Ratio.*

*An & jure primogenitura nepotes ex filio primogenito patrum excludant?*

*Sunt qui affirmant.*

Quid si cum patris defuncti concurrant? certum est illos excludi. Ratio quoniam ante diximus ipsum quoque patrem annumq; non admitti, nedum ejus fratres. Atq; hoc jure Saxonico non modo in feodalibus, sed etiam allodialibus obtinet, *const. 18. part. 3.* Quid ita? quoniam hereditas descendit, potius, quam ascendit debetur, *d. n. 118. §. sin autem. vers. illud.* illos & naturæ & commune parentum votum vocat, *l. scripto. ff. unde liberi.* hos ordine turbato, ratio saltem miserationis admittit. *l. nam etsi ff. de inoff. test.* De jure primogenituræ quid dicendum, utrum nepotes ex filio primogenito, vel filij ex fratre primogenito patrem suum repræsentant atq; ita patrum suum excludant, merito hoc loco dubitaveris. Jus gentium hoc est, ut in regno primogenitus succedat, vel mos est plerisq; in locis, ut primogenitus filius patri, vel primogenitus frater, fratri succedat in assem. Ratio, ne in plures divisa hereditate ob inopiam rei familiaris, familiaris claritas obsolescat. Finge jam patrem esse mortuum, relicto nepote ex filio primogenito jam ante mortuo, & alio filio: vel mortuus est frater, relicto fratris primogeniti filio & alio fratre, uter succedet? Sunt qui existimant nepotis causam & jure & æquitate esse.

esse potiore, *Myns. cent. 3. obs. 23.* Verius videtur, filij esse potiorē. Nec obstat quod parris & filij sit eadem persona, *l. ult. C. de impub. substit. una caro, cap. contra dicimus, §. hac auctoritate 35. q. 3.* & eadem vox, §. *ei vero Inst. de inutil. stip.* Item quod nepos in locum filii succedat, *l. sine nepotes. ff. de collat. bon.* quoniam nepos intelligitur per speciem representationis succedere: atqui jus representationis hanc saltem vim habet, ut eo jure fretus, remotior cum proximiori in successione cōcurrat, cū tamen proximior hoc casu in totū excluderetur, quod excedit vigorē, finem & effectum representationis, non igitur succedet nepos. Deinde ubi proximitatis habetur ratio, ibi non potest attendi jus representationis, & vice versa, pugnant enim invicem. Atqui eadem est primogenitura, quæ proximitatis causa. Ergo cum primogenito defertur hereditas, representationi locus esse non potest, sed sicut ubi proximitas spectatur, eum vocamus, qui proximior fuerit mortis tempore, vel quo honorum possessio petitur, *l. 1. ff. unde legitimi l. 3. ff. unde cognati.* Ita ubi primogenitura observatur, eum vocamus, qui moriente eo de cujus bonis agitur primogeniti gradum locumque tenuerit, non proximioris jam ante mortui filium. Hodie tamen plerisq; in locis primogenitus in ~~assem~~ non vocatur, sed exiguum aliquod habet,

*Verior est  
negat.*

*Ratio af.*

*Ratio  
negat.*

*Alter  
ratio ne-  
gat.*

in  
ur-  
uo-  
em  
res.  
cu-  
net,  
ras  
bus  
los  
um  
ine  
nit.  
no-  
res  
pri-  
tq;  
hoc  
tia  
est  
pa-  
dat  
edi-  
cla-  
or-  
ito  
uus  
o&  
isti-  
ate  
esse.

88 JURIS FEUDALIS

habet, uti videre licet in Guilhelmo Philippi Landgravij primogenito filio, qui præcæteris fratribus præcipuam totius Hassiæ partem occupat.

*Masculi  
ex fœmi-  
na non  
succedunt.*

*Ratio  
dubit.*

*Ratio.  
decid.*

*d* Quæres forte cur non etiam masculi ex fœmina succedant: non enim minus idonei sunt ad tetvitiu[m], quod à vasallo exigitur præstandum, quam ex virili sexu nati. Respon. id fieri partim quia cognati sunt, ad quos feudi successio non pertinet; partim quia nec ipsorum mater succederet: non potest autem alicui id concedi, quod authori ejus non licuit, *l. nemo 54. l. aliud 160. §. fin ff. de regulis jur.* Hac ratione Guilhelmus comes de Nassavv & filius ejus principes Urania, non poterant succedere in comitatu *Raxenelbogen* / sed potior erat Landgravius Hassiæ tanquam agnatus, est enim feudum masculinum, in quo remotis fœminis, soli agnati eorumque liberi succedunt. Exclufa igitur Elisabetha matre Guilhelmi Comitis de Nassavv, exclusus est & ipse Guilhelmus una cum filio.

*Fratrū  
liberi si  
sint soli,  
succedunt  
in capita.*

Quod si soli fratrum liberi nullis parentibus nec fratribus superstitionibus extent, successio uti olim, *l. 1. in fin. ff. si pars hered.* *Ulpian. titul. 26. §. 2.* *Cajus titul. 8. §. 6.* ita & nunc a in capite b fit,

ta b fit. Atque hæc sententia quamvis  
*ab Accursio & Bart. c. oppugnata, ve-* *Tam ju-*  
 ior est (ut quæ plenissimum robur ac- *re com-*  
 cepit per constitutionem Caroli V. in *muni.*  
 comitijs Spirensibus anno 1529. pro-  
 mulgatam ( probata per *Mynsing.*  
*cent. 3. obs. 94. Zasius lib. 1. respons. cap. 7. &*  
*defensa ab Hotom illust. quest. c. 14. Ea-*  
 dem & jure feudali obtinet d, *Cujac.*  
*lib. 2. feud tit. 11 Duar n. 14. Et servatur* *Quam*  
 etiam jure Saxonico in allodialibus, *feudali.*  
*Sandtr. lib. 1. art. 17. Et Saxo-*  
*nico.*

a Ratio quoniam quod jure veteri ob- *Tam ju-*  
 tinuit, id jure novo non invenitur muta- *re novo,*  
 tum, quod autem non mutatur, cur stare *quam*  
 prohibetur? *l. sancimus C. de testam. antiquo.*

b Ratio, quoniam novæ constitutiones *Non in*  
 strictæ accipiendæ sunt. Cum ergo *nu. 118. stirpes.*  
 tunc in stirpes velit fieri successione, quan-  
 do fratrum liberi, cum fratribus defuncti  
 concurrunt, *cap. 3. ibi sed & tunc, &c.* conse-  
 quens est, ut soli fratrum liberi in capita,  
 non in stirpes succedant, maxime cum non  
 jure representationis, sed jure proprio tan-  
 quam pari gradu constituti, ad hæredita-  
 tem vocentur.

c Et Sonsbecio, qui novissime in tracta-  
 tu feudali *part. 9. num. 100.* his argumentis  
 eundem

*Refuta-* eundem confirmat. Primo quoniam jure  
*vio arg.* repræsentationis successio fit in stirpes, ad  
*quibus* fratrum liberi jure repræsentationis succe-  
*probat* dunt, & patrum five avunculum exclu-  
*in stirpes* dunt, *num. 118. ca. 3. vers. illud palam.* Ergo in  
*succedere* stirpes, non in capita succedunt. Sed re-

- I. spondetur *in dict. vers. agi de fratrum filijs,* qui cum ascendentibus concurrunt, et nos de solis fratrum liberis agimus, quo casu successio jure proprio fit & per consequens in capita, non jure repræsentationis, ergo
- II. nec in stirpes. Secundo, quia privilegium repræsentationis fratrum filijs generaliter tribuitur, *dict. cap. 3. vers. hujusmodi.* Ergo ad eum casum quo fratrum filij cum patre concurrunt, non videtur restringendum. Resp. intellectum hujus generalitatis mentionem ex præcedentibus ubi hujusmodi privilegium restringitur ad eum casum, de quo diximus, ideoque ad alium minime producendum. Tertiò, quoniam prædictum privilegium solis fratrum sororumq; liberis præstat, *d. v. hujusm.* Ergo nihil videtur referre soline sint, an cum fratribus defuncti concurrant. Resp. hoc non ita intelligendum, quasi gaudeant eo privilegio, cum soli sint, sed quod nulli aliæ personæ ex linea collateralis venienti, quam solis fratrum sororumque liberis competat *d. c. 3. v. nulli autem.* Quarto, quoniam post fratres & filios fratrum cæteri cognati succedunt in capita,

pita, d. c. 3. §. si vero. Ergo fratrum filij in stirpes. Res. quod de fratrum filijs ibi asseritur, hoc intelligendum juxta præcedētia: dixerat autem fratrum filios in stirpes succedere, non quando soli sunt, sed quando cum fratrib. defuncti concurrunt. Quinto, quoniam olim fratrum liberi succedebant in capita, l. 2. §. 2. ff. de suis & legit. her. Ergo ex d. d. 115. ne frustra videatur lata, hodie succedent in stirpes. Resp ut in stirpes succedant, id in n. 115. non inveniri expressum, ideoque nec præsupponendum. Non tamen ideo frustra est lata: olim siquidem fratres præferebantur parentibus. l. ult. C. comm. de success. hodie ex d. num. æqualiter admittuntur. Olim frater excludebat fratris filium. §. si plures. Inst. de legit. agnat. success. hodie non itē d. n. c. 3. Quare prædictis argumentis non obstantib. uri approbata à Carolo V. ita & jure verior est altera sententia, quod scilicet in capita, non in stirpes succedant.

V.

Ratio, quoniam contrarium in consuetudinibus feudalibus proditum non est, servandum itaque jus commune juxta regulam traditam, feud. 2. tit. 1.

*Jure feodali itidē in capita succedū. Descendētes post fratres*

Post fratres fratrumque filios jure communi vocantur, qui gradu sunt proximiores, Authent. post fratres. C. de legit. hered. quemadmodum & jure feudali, feud. 2. tit. 11. §. 50. in fin. modo sus idque cedant.

*fratres fratrumque filios jure communi quo modo sus idque cedant.*

ure  
an  
ce-  
lu-  
o in  
re-  
ijs,  
nos  
afu  
ens  
go  
um  
ter  
ad  
uo  
m.  
e-  
di  
de  
ne  
tū  
e-  
e-  
e-  
el-  
cū  
i-  
tū  
lli  
fi-  
a-  
a,



Quomo-  
do jure  
feudali.

idque secundum usum ab antiquis  
sapientibus constitutum ad fratres  
usque patruales, id est, ad quartum *a*  
gradum, *feud. 1. tit. 8. §. 1.* quod pri-  
mo obtinuit: post usque ad septi-  
mum *b, dict. §. 1.* & tandem in infini-  
tum *c*, si feudum sit paternum, *feud.*  
*1. tit. 1. §. 4. feud. 2. tit. 31. §. 50. Myns-*  
*cent. 4. observ. 95. Geil. lib. 2. observ. 150.*  
Et tantum dixisse sufficiat de descen-  
dentium & collateralium successio-  
ne, ascendentes *d* enim uti diximus,  
quemadmodum & foeminae *e*, & vir  
& uxor *f* in feudo regulariter non  
succeedunt.

Iure feu-  
dali Col-  
laterales  
primo ad  
quartū  
usq; gra-  
dum suc-  
cedebāt.

Postea  
ad septi-  
mum.

Tandem  
in infini-  
tum.

*a* Ratio, quoniam post quartum gradum  
putabāt feudum non posse dici paternum,  
id tantum sic appellari, quod esset à patre  
vel avo profectum, patris enim appellatio-  
ne ultra patrem solus avus venit, *l. Iusta, ff.*  
*de verb. sign.* ita fieri, ut fratres patruales  
succeedant in feudum avitum, patruelis fi-  
lius in feudum proavitum non succedat.

*b* Ratio, quoniam ad eum usque gradum  
parentes, vltiores majores appellantur,  
*l. 10. §. parentes ff. de grad.*

*c* Ratio, quoniam obtinuit tandem pa-  
rentes, usque in infinitum appellari, etiam  
ultra

ultra  
ita p  
fideio  
d  
taver  
æqui  
tos r  
mera  
nisi p  
cura  
que  
inve  
lisha  
que  
mult  
raq. i  
e  
2. tit  
feud  
feud.  
1. tit  
ad ea  
eo pa  
feud.  
titul.  
feud  
titul.  
mina  
aspir  
tunc  
10. &



ultra tritavum, l. 4. ff. de in jus vocando, atque  
ita paulatim crescunt sententiæ juris, l.  
fideicommissa, § si rem. ff. de leg. 3.

d. Nisi feudum, favore liberorum refu-  
taverint, quo casu filio vivo patre mortuo,  
æquius est, ad patrem potius, quã ad agna-  
tos reverti. Atque ita pronunciatum in ca-  
mera testante *Mynsing cent. 3. obser. 93.* Item  
nisi pater contracta fiducia filium de feudo  
curaverit investiri, *feud. 2 tit. 84.* Vel deni-  
que nisi filius ob benemerita patris fuerit  
investitus, nam & hoc casu filio sine mascu-  
lis hæredibus mortuo, pater succedit, id-  
que meritorum causa, quorum ratione  
multa alias prohibita, permittuntur, *Ti-  
raq. in l. si unquam C. de revoc. donat.*

Ascen-  
dentes in  
feudo  
quando  
succedat.

e. Nisi ejus conditionis sit feudum, *feud. 2. tit. 11.* id est, nisi feudum sit foemineum,  
*feud. 2. tit. 50.* de quo fuerint investitæ,  
*feud. 1. tit. 8. §. fin.* Vel nisi specialiter, *feud. 1. tit. 1. §. 3.* & nominatim dictum sit, ut  
ad eas pertineat, *feud. 2. tit. 23. in fin.* aut  
eo pacto, *feud. 2. titulo 2. §. fin.* eo tenore,  
*feud. 1. tit. 6. §. fin.* tali conditione, *feud. 2. tit. 26. & §. filij & lege datum, dict. tit. 26. §. feudum,* ut ad foeminas transiret, *feud. 2. tit. 51. §. 3.* ut descendentes masculi & foeminae habere, *feud. 1. tit. 6. §. fin.* & ad id aspirare possint, *feud. 2. tit. 104. in princip.* tunc enim foeminae succedunt, *feud. 2. tit. 10. & sic per pactum succedunt, feud. 1. tit. 10.*

Foeminae  
quando  
succedat.

*Quomo- succedat.* 14. § *f. in fi.* Sed quo modo quæras, an filius & filia simul? Et sane ita Obertus existimat, *feud. 2. tit. 51. § 3. inf.* Secundum quosdam, succedit nepos ex filio solus, *feud. 2. tit. 50.* id est secundum Gerhardum masculus tantum, *d. tit. 51. § 3.* superstitie masculo ex eo qui primus feudum acquisivit, foeminae excluduntur, *feud. 2. tit. 104. §. 1.* relicto masculo ulterius non admittuntur *feud. 1. tit. 6. §. 1.* non succedunt, donec masculis superest, *feud. 2. tit. 17.* succedunt autem filijs sive masculis non existentibus, *feud. 1. tit. 8. §. 1.* Atque hæc Gerhardi sententia obtinuit & approbata est, *feud. 2. tit. 104. §. fin. vers. in ceteris.* exceptis quibusdam casibus, puta si ita convenerit, ut foeminae sicut masculi in feudo succedant, *feud. 2. tit. 104. §. 1.* hujus enim conventionis potestate simul succedunt tam ex mente, quam ex verbis contrahentium. Item si feudum datum si ad certum servitium, quod non minus decenter præstare possint, quam masculi, *d. tit. 104. in princ.* (potest enim dari ad certum servitium, *feud. 2. tit. 52. §. fin.*) puta, ut comitentur domini uxorem, *feud. 2. tit. 2. §. 2.* id quod conditionatum appellant, *Gloss. & Dd. in d. §. fin.* Item cum feudum sic datum est, ut nullum pro eo servitium fiat, *feud. 2. tit. 104. in princ.* id quod francum vulgò dicitur, *Wesemb. hic. ca. 3.* vel si conjuges ea lege investiti sunt, ut descendens sive liberi id haberent.

*Et quibus casibus.*

nam

nam; si decedant, filio & filia superstitibus, aut uterque ex eo matrimonio natus est, aut non. i. priori casu filius præfertur. Posteriori, ut si filium susceperit ex prima uxore, filiam ex secunda feudi de quo agitur sociam, filia veniet in partem una cū fratre cōsanguineo, quia cū sit filius ex alijs nuptijs, non debet filiam excludere, quæ ex his nuptijs progenita est, in quibus feudū acquisiverunt, sed potius quia feudum est ex parte masculinum, ex parte muliebri, quisq; sibi partem sui parentis vindicabit, *Cujac. feud. 1. tit. 2. §. quinetiam*. Deniq; succedunt fœminæ, si à domino beneficium patris sine hærede, masculo defuncti redemerint, *feud. 1. n. 24.* vel si per gratiam à domino feudum susceperint, *ibid.* Redemptio potior est successione, redemptione excluduntur agnati. Gratia potior est jure, gratia vocantur, qui jure non vocantur, *feud. 2. tit. 31.* Redemptio feudi quemadmodū censetur esse novum, non paternum, quia redemptione id habent non successione, redimitur modica pecunia, pro honore magis data, quam pretio, *feud. 2. tit. 15.* His & similib. casibus de quibus passim Dd. hic fœminæ succedūt. Inter quos & illud controversum, utrum fœmina semel exclusa perpetuo excludatur, qua de re mel ex vide *Zaf part. 8. tit. de succes. feudi affir. Sonsb. clusa, parte 9. negat.* concludentem id quod etiam perpetuo mavult *Vvesemb. hic cap. 6.* *Zafum sequi excluda-*

videtur *Geil. lib. 2. obs. 148. Sonsb. Myns. sequitur. cent. 5. obs. 74.*

*Nec maritus uxor nec uxor marito succedit in feudo.* f Deficientibus cognatis vir uxori succedit ex edicto prætoris in alodem, in feudum maritus nullo modo succedit, *feud. 1. tit. 15.* ad maritum successio feudi non pertinet, *feud. 2. tit. 13.* nisi specialiter institutus fuerit, *dict. tit. 15.* Et quamvis conjuges de eodem feudo simul sint investiti, *feud. 2. tit. 104. §. fin.* etiamsi uterque simul investiatur, non tamen sibi succedunt, sed si unus ante alterum sine hærede moriatur, alterius pars domino acquiritur, *feud. 2. tit. 85.* nescilicet feudum in alienam familiam transeat. Sic quoque si unus ex

*Ratio. Frater fratri non succedit in feudo novo.*

*Succedit quibusdam casibus.*

I.

fratribus a domino feudum acceperit, eo defuncto sine legitimo hærede, *feud. 1. tit. 1. §. 3.* id est, sine hærede masculino *feud. 1. tit. 20.* (hæredis enim appellatione in feudo masculos intelligimus, *feud. 1. tit. 13.*) frater in ejus feudum non succedit, *feud. 1. d. tit. 1. §. 3.* nec deficientis portio ad superstitem pertinet, etiam si simul, *feud. 2. tit. 12.* communiter, *dict. §. 3.* una investitura vel duabus fuerint investiti, *feud. 1. tit. 8. §. fin.* nisi specialiter, *feud. 1. tit. 1. §. 3. & expressim dictum sit feud. 1. tit. 8. §. fin.* atque per investituram a domino ordinatum *feud. 1. tit. 20.* id est, eo pacto investitura facta fuerit, *feud. 2. tit. 12.* ut frater fratri succedat, ut deficientis portio super-

stiti

titi accrescat, tunc enim per pactum fra-  
 ter succedit, non dominus. *feud. 1. titul. 14.*  
 §. *fin.* Succedit quoque, si sint universorum  
 bonorum socij & ambo vel unus utriusque  
 nomine domino sciente feudum acquie-  
 rit. (*feud. 1. tit. 20.*) Dixi universorum bo-  
 norum. Ratio, quoniam licet paternam  
 hæreditatem habeant communem, nisi ta-  
 men universorum bonorum sint socij, feu-  
 dum feudive fructus non veniunt commu-  
 nicandi, *l. cum duob. §. Papinianus. ff. pro*  
*socio.* Dixi utriusque nomine. Ratio, quo-  
 niam si unus suo nomine feudum acqui-  
 verit, non fit statim commune, sed quia de  
 communi acquisivisse videtur, erit in com-  
 mune redigendum, *l. 74. ff. pro socio. l. 4.*  
*C. com. utriusque jud.* communicatio feudo,  
 non feudum ipsum, sed fructus erunt com-  
 munes: communicatur ergo fructus po-  
 tius, quam ipsum jus feudi. Dixi domino  
 sciente. Ratio, quoniam si nesciente do-  
 mino feudum de communibus bonis fue-  
 rit emptum, ut quia dominus putavit se  
 uni tantum vendere, cum emerent ambo,  
 vel unum emere sua pecunia, cum emeret  
 communi quamvis feudum iudicio fami-  
 liæ exciscundæ vel communi dividendo  
 possit communicari, *l. 73. §. 1. ff. pro socio,*  
 non tamen sibi invicem succedent, ne forte  
 invitus dominus alium, quam quem vo-  
 luerit, sibi acquirat vasallum, *feud. 2. tit. 12.*

- succedent; igitur, si sciverit communi nomine pecuniave redimi, quoniam id ex tacita quadam conventionem permisisse intelligitur, *feud. 1. tit. 20.* Succedent denique si communibus armis & equis, quæ plerumque vasalli offerebant, à domino impetratum sit, *feud. 2. tit. 12.* si bello partum, *d. tit. 20. in fin.* vel si in simul steterint, *d. tit. 20.* id est, simul in casa sive domo communi habitaverint *d. tit. 12. §. c.* Atque hætenus de causa efficiente, sequitur materia feudi.

## DE MATERIA FEUDI.

### CAP. VIII.

*Quæ res  
in feudum  
dari possunt.*

**M**ateria feudi sunt res immobilis *a*, res, inquam, soli, quæque solo cohærent, aut immobilibus annumerantur, *feud. 2. tit. 1. in fin.* sive propriæ sint, *feud. 2. tit. 3. vere*, ut allodium *b*, *feud. 2. tit. 54. in f.* vel quasi, ut feudum *c*, *feud. 2. tit. 34. §. 2.* sive alienæ *d*, *feud. 2. tit. 8.* sive communes *e*, *feud. 2. tit. 58. §. 1.* seculares, vel Ecclesiasticæ *f*, *feud. 2. tit. 35. in fin.*

*Quæ non  
possunt.*

Res mobiles in feudum dari non possunt *g*, *feud. 2. tit. 1.* uti nec sacræ, religiosæ, & sanctæ *h*, & omnes denique,

que, quarum alienatio prohibita, *send.*  
 2. titul. 3 §. 1. sive iudicio testatoris, *arg.*  
*l. fin. Cod. de reb. alie non alien.* sive lege,  
 ut fundi dotalis, §. 1. *Inst. quibus alien.*  
*licet vel non* : Bonorum adventitio-  
 rum, *l. cum oportet. §. non autem C. de bo-*  
*nis qualib. & similibus.*

Sciendum hoc loco res vel esse corpo- *Res vel*  
 rales, vel incorporales, *l. 1. ff. de rerum divis. sunt cor-*  
 Corporales dici, quarum certū est corpus *porales*  
 & certa substantia, ita ut videri & tangi *vel in-*  
 possint. *d. l. 1. tradi & possideri, l. 3. ff. de acq. corpora-*  
*poss.* Hæ vel sunt mobiles, vel immobiles, *l. les.*  
*l. ff. de rei vind.* Mobiles, quæ moveri pos- *Corpora-*  
 sunt, idque à se, & dicuntur animales, *dict. les vel*  
*l. 1. §. 1. ff. de rei vind.* alibi mobiles eo quod *sunt mo-*  
 se moveant *l. 93. ff. de verb. significat. moven-* *biles vel*  
 tibus opponuntur, *l. 2. ff. de suppel. legata, immobilia-*  
 earumque appellatione excepto servo *les.*  
 omnia animalia comprehenduntur, *l. 3.*  
 §. 13 *ff. de acquirend. poss.* Vel ab alio, ut in ani-  
 males, id est, quæ anima carent, *d. §. 1. alibi*  
 moventes appellantur, *dict. l. 93.* & mobi-  
 libus atque immobilibus coniunguntur,  
*l. 30. C. de iure dotium. l. unica, §. cum autem.*  
*7. Cod. de rei uxar. act. l. 2. §. 3. C. de quadr.*  
*prescript.* quarum appellatione veniunt  
 fructus *l. ultim. §. 2. ff. de req. reis, suppellex,*  
*d. l. 2. ff. de suppel. leg. &c.* Immobiles sunt,  
 quæ

quæ moveri non possunt, (unde etiam im-  
mobiliū possessor non satisfacit. l. 15 ff.  
qui satisfacit. cog.) ut sunt res soli, puta fun-  
dus, l. 1. §. 3. ff. de vi & vi armata, quæque  
solo coherent, ut ædificium, dict. l. 1. §. 4.  
vel immobilibus annumerantur, veluti sa-  
laria stipendia sportula, &c. de quibus in l.  
14. C. de sacrosanct. Eccles. & numer. 7. In-  
corporales sunt, quæ tangi non possunt, §.  
2. Instit. de reb. corp & incorp. nec tradi, l. 43.  
ff. de acquirend. rer. dom. nec possid. ri. l. 4. §.  
27 ff. de usucap. nec usucapil 14. ff. de servit.

*Res im-  
mobiles  
possunt  
in feudū  
dari.*

*Ratio.*

*Item quæ  
immobi-  
libus an-  
nume-  
rantur.*

Res immobiles sive soli, quæque solo co-  
herent, in feudum dari possunt, quoniam  
perpetuæ sunt, & u'ui esse possunt salva ea-  
rum substantia: fructuosæ quoque sunt,  
fundus fructuosus est, sunt & ædes, pro-  
pter utilitatem habitationis atque loca-  
tionis. In feudo transfertur usufructus,  
ut rei usufructus esse possit, perpetuam esse  
oportet fructuosam esse oportet. Possunt  
& aliæ in feudum dari, quæ etsi solo non  
coherent, inter immobilia tamen con-  
numerantur, id quod vulgò de camera aut  
de caneva appellatur, & consistit in curte  
domini, feud. 2. titul. 5. §. fin. nec est pro-  
prium feudum, quoniam morte dantis vel  
accipientis finitur, feud. 2. titulo 10. finitur  
etiam exhausto ærario vel cellarario sine  
culpa domini, feud. 2. titul. 58. Camera est  
ærarium, caneva cellarium. An & incor-  
porales?

pora  
corp  
mus  
mob  
mob  
Dice  
feud.  
feud  
vasal  
tit. 7.  
lium  
pora  
nulla  
45. §.  
dum  
posse  
non-  
sessio  
est qu  
intel  
usufr  
§. 1. §.  
ditio  
servi  
usuc  
usuc  
trad  
in l. i  
coha  
empt  
111777



porales? utique, quamvis enim rerum in- *Atque*  
corporalium propria sit species, uti dixi- *etiam res*  
mus, attamen ubi mobilium saltem & im- *incorpo-*  
mobiliu[m] fit mentio, incorporales, im- *rales.*  
mobiliu[m] jure censentur, *l. 2. C. de servit.*  
Dices, possessio feudi transit ad vasallum, *Ratio*  
*feud. 2. tit. 8. §. fin.* dominus possessionem *dubit.*  
feudi tradere cogitur, *feud. 2. tit. 26.* atque  
vasallum in possessionem mittere, *feud. 2.*  
*tit. 7. in fin.* Atqui rerum saltem corpora-  
lium possessio est, *l. 3. ff. de acq. poss. incor-*  
poralium nulla, *l. 4. §. 27. ff. de usucap.*  
nulla quoque traditio, nulla usucapio, *l.*  
*43. §. 1. ff. de acqu. rer. dom.* Ergo nec feu- *Ratio*  
dum. Resp. rerum incorporalium non est *decid.*  
possessio mero jure, *dict. §. 27. in fin.* id est,  
non est vera possessio, est tamen quasi pos-  
sessio, *l. 23. §. 2. ff. ex quibus causis maiores,*  
est quasi traditio: tradidisse usumfructum  
intelligitur, 'qui patitur uti frui, *l. 3. ff. de*  
*usufruct. patientia pro traditione est, l. 11.*  
*§. 1. ff. de public. & usus servitutis pro tra-*  
ditione possessionis habetur, *l. fin. ff. de*  
*servit.* Denique non est possessio, non est  
usucapio per se, sed cum prædijs, *l. 10. ff. de*  
*usucap.* Tradito igitur prædio in feudum,  
traditæ etiam censentur servitutes, *Bartol.*  
*in l. inter ff. de acqu. rer. dom. & omnia jura*  
cohærentia, *l. 47. 66. & 78. ff. de contr.*  
*empt.* Etiam castra, *Bald. feud. 1. tit. 4. §. 5,*  
*num. 4. Molendina, Molin. in consil. vet. Pa-*

*vis. §. 1. glos. 8. §. 5. n. 4.* Et venationes, *Molin. dict. loco n. 11. & 12. cum seqq.* An & pisces in aquis, & feræ in silvis? utique, dummodo perpetuitatis, & non custodiæ vel quotidiani usus causa ibi existant. *Molin. d. gloss. 8. n. 17. 18. & 19.* Et tantum de rebus immobilibus: mobiles an possint in feudum dari, infra videbimus.

**Allodiū**  
est res  
vere pro-  
pria.

**b** Allodium voco rem vere propriam, id est, pleno jure propriam, cujus plenam quis habet potestatem, § *fin Inst. de usufr.* cujus liberam in suos usus redigendi facultatem. *feud. 2. tit. 54.* Inde proprietas appellatur, *feud. 1. tit. 4. § 2 feud. 2. tit. 29.* Et proprium, *feud. 2. tit. 42.* Et jus proprii, *feud. 2. tit. 44.* Et hæreditas, *feud. 2. tit. 45.* Et patrimonium, *feud. 2. tit. 24. §. 2.*

**Feudum**  
est res  
quasi  
propria.  
Tam do-  
mini  
quam  
vasalli.  
Domi-  
nus alie-  
ni feudi  
investi-  
turam  
facere  
potest.

**c** Feudum voco rem quasi propriam, tam domini, quam vasalli respectu. Domini, propter proprietatem quam retinet, *feud. 2. tit. 8. in fin.* Vasalli propter usufructum, quem in feudo consequitur, *feud. 2. tit. 23. in fin.* Usufructuarius enim domini appellatione continetur, *l. 8 in prin. ff. de rebus Auth. jud. poss. usufructus pars domini est, l. 4. ff. de usufr.* Et pars feudi, *l. qui usum fructum. ff. de verb. oblig.* eo quod omnis fructus rei ad usufructuarium pertineat, *l. 6. de usufr.* Uterque feudi, quod jam ante feudum est, investituram facere potest. Ille non simpliciter, nec pure (pare enim de alieno feudo fa-

do facta investitura non tenet *feud. 1. titul. Sed quo-*  
 9.) sed sub conditione, scilicet quando sibi *modo*  
 vel hæredi ejus fuerit apertum, *feud. 2. tit.*  
 26. §. 2. puta post mortem prioris possessio-  
 nis, *dict. titul. 9.* nec refert utrum consenti-  
 ente eo vel ignorante hoc fiat, dummodo  
 vivendi adhuc, nullum de feudo damnum *Vasallus*  
 contingat, *feud. 1. titul. 27. §. 1.* Vasallus quo- *feudi*  
 que de feudo quod habet, alium investire *quod ha-*  
 potest, ita tamen, ut det, sicut accepit, *bet inve-*  
*feud. 2. titul. 48.* non arctiori lege, *feud. 2. stituras*  
*tit. 108.* neque deteriori, sed eadem qua ha- *recte fa-*  
 buit, *feud. 2. titul. 34. §. 2.* puta personæ *cit.*  
 idoneæ, *feud. 2. titul. 26. §. beneficium,* & hæc *Sed quo-*  
 redibus, non foeminis, sed masculis tan- *modo?*  
 tum, *d. §. 2.*

d Ratio, quoniam is qui investituram *Res alie-*  
 facit, saltem possessionem feudi tradere *na in*  
 tenetur, *feud. 2. titul. 26. §. si facta.* dominium *feudum*  
 transferre non item, *feud. 2. titul. 8. fin.* Do- *dari pos-*  
 minium rei alienæ transferri non potest, *sunt.*  
*l. traditio. ff. de acquirend. rer. dom.* possessio  
 potest. Venditor non cogitur rem empto-  
 ris facere, *l. 25. ff. de contra. empt.* nec da-  
 re, id est, dominium rei venditæ trans-  
 ferre, *l. 75. in fin. ff. de verbor. obligatio.* co-  
 gitur saltem præstare, id est, tradere, *l. ex*  
*empt §. 2. ff. de act. empti,* ideoque rem alic-  
 nam vendere potest, *l. 28. ff. de contrahen.*  
*empt.* quæ si fuerit ablata (uti auferri po-  
 test, *d. l. 28.*) id est jure advocata, *l. 3. ff. de act*

empti & evicta, l. 16. ff. de evict. pro non tradita habetur, dict. l. 3. hinc de ev. ctione emptori datur actio, l. 1 ff. de evict. Datur & vasallo, nec distinguimus in eo, qui investituram fecit, sciverit ne vel ignoraverit rem esse alienam, feud. 2. tit. 8. distinguimus in vasallo: ignorantia datur actio de evictione, feud. 2. tit. 8. quoniam nihil deliquisse censetur, l. 5. ff. de oblig. & actio. scienti non datur, feud. 2. tit. 80. 87. & 95. quoniam in acquirendo habuit malam fidem, dict. titulo 80. & delinquit, inhiando rei alienae, quam scit esse alienam, arg. l. 26. ff. de contrah. empte.

Item

commun-  
nes.

e Ratio, quoniam ante acceptum iudicium fam. ercis. vel comm. divid. possunt & alio quovis modo alienari, l. portionem C. de donat. non post acceptum i. i. C. com. divid. l. 13. & 14. ff. famil. ercisc. Sed quia communio plerumque discordias alit. l. 77. §. 20 ff. de leg. 2. & immensas saepe contentiones excitat, l. 26. ff. de serv. urb. praed. ne invitus in communione manere cogatur, famil. ercisc. vasallo dabitur actio, l. fin. Cod. com. divid. cum & alias actiones in eum transeant omnes tam activae, quam passivae, sive enim agat, sive conveniatur, firmum est iudicium, feud. 2. tit. 26. §. si vasallus beneficio, quoniam agendi & excipiendi potestatem habet, feud. 2. tit. 43. rem a quolibet potest quasi vindicare,

care  
oppo  
f  
reru  
eccl  
dare  
rud  
tun  
foli  
& re  
qua  
extr  
vi fo  
titu  
deb  
tiq  
tio  
nun  
titu  
g  
mi  
in  
eat  
ab  
va  
sal  
tia  
mi  
li,  
me  
Inj

care, & si ab alio conveniatur, exceptionem opponere, *feud. 2. tit. 8.*

f Uti personarum, *feud. 2. tit. 91.* ita & Et Eccle-  
rerum hæc est distinctio. Personæ autem *siastica.*  
ecclesiasticæ sive clerici ita demum feudū  
dare possunt, si antiquitus eorum consue-  
tudo fuerit, *feud. 1. tit. 1.* quæ verba repe-  
tuntur, *dict. tit. 91.* id est, si antiquitus sunt  
solidi in feudum dare, *feud. 1. tit. 6.* Possunt  
& res scilicet quæ olim datæ, *feud. tit. 35.*  
quæve in feudum dari solitæ sunt, *dict. c. 8.*  
*extr. de feudis.* Atque hoc ideo, quoniam no-  
vi feudi investitura est alienatio, *feud. 2.*  
*tit. 3.* alienari autem res ecclesiasticæ non  
debent, *cap. nulli extr. de reb. eccles. non alie.* an-  
tiqui feudi investitura non tam est aliena-  
tio, quam prioris renovatio, *Duar. cap. 5.*  
*num. 6.* facilius ergo hæc, quàm illa permit-  
titur.

g Ratio, quoniam dominium penes do- *Res mo-*  
minum maneat necesse est, *feud. 2. tit. 8.* *biles in*  
*in fin* & ut usufructus ad vasallum trans- *feudum*  
eat, *dict. tit. 8.* atque rei mobilis dominium *dari non*  
ab usufructu separari non potest, Ad hæc *possunt.*  
vasallus perpetuo re uti debet, & quidem  
salva ejus substantia, rei mobilis substan-  
tia salva non permanet, sed utendo consu-  
mitur. Ergo quemadmodum neq; natura-  
li, neque civili ratione usufructus in rebus  
mobilibus constitui potest, §. *constituitur*  
*Inst. usufructu,* ita nec feudum; nec quidem.

præstita cautione usufructuaria, quoniam hæc dominium directam transfert, quod in feudis penes dominum remanere diximus.

*Vii nec  
sacra re-  
ligiosa &  
sancta.*

*b* Ratio, quoniam nullius in bonis sunt, §. nullius *Inst. de rer. divis.* nec alicuius fieri possunt, *l. quod nullius ff. de reg. jur.* quia alienari non possunt, §. *sacra Inst. dict. titul.* In feudo, ut sit efficax, requirimus dominium à parte dantis, *feud. 2. titul. 8. §. fin.* usumfructum à parte accipientis. *feud. 2. tit. 23. in fin.* & rem alienari posse *feud. 2. tit. 3.*

## DE FORMA FEUDI.

### C A P. I X.

*Quomo-  
do &  
quibus  
modis  
feudum  
consti-  
tuatur.*

**F**orma feudi in tribus potissimum consistit: in petitione scilicet investituræ, in investitura ipsa, & sielitatis sacramento. Petenda investitura est, idque tam in novo, quàm antiquo feudo. In novo, intra quod tempus petatur, certo definitum non est *b*. In antiquo, ultra annum *c* & diem *d* petitio differri non potest. *feud. 1. titul. 22.* nec opus est citatione quemadmodum in feudo novo *e*, *feud. 2. titul. 24. §. primo*  
*sed*

sed vasallus ipse dominium requirere ac sese ultro, intra annum & diem ad fidelitatem offerre debet, *feud. 2. tit. 40.* transacto enim hoc spatio, *feud. 2. tit. 55. in fin. princ.* à tempore scientiæ computando, *feud. 2. tit. 9. §. 1.* nisi justa causa inter venerit, *feud. 1. tit. 22.* id est, si non dolose per annum & diem steterit, *feud. 2. tit. 52. §. fin.* (dolus enim abest, si justa causa intervenerit, *feud. 2. tit. 97.*) beneficium amittit, *feud. 2. tit. 24. in princ.* beneficium perdit, *feud. 2. tit. 40.* & ad dominum redit, *feud. 2. tit. 55. in fin. princ.*

**a** Ratio, quoniam petitio investituræ *In feudo* est signum reverentiæ, quam vasallus do- *antiqua* mino debet, *Julius Clarus in §. feudum qu. vasallus* 49. Deinde quoniam in feudo præstanda *etiam* est fidelitas, id est juramentum fidelitatis, *ultro in-* *feud. 2. tit. 4.* At juramentum à defuncto *vestitio-* præstitum, personam ipsius non egreditur *ram pe-* est enim personale, *Covar. in c. quamvis de tet. pactis in 6.* ab hærede igitur, vasalli de novo præstandum, vel eo maxime, ne dubium reddatur jus domini, & vetustate temporis obscureretur.

*In feudo* **b** Expectandum igitur vasallo, donec  
*novo, nō* citerur, citatione facta, ut compareat &  
*nisi cita* petitionem faciat necesse est, quod si tribus  
*tus.* vicibus citatus convenienti tempore inter-  
 posito ad curiam venire reclamaverit. *feud.*  
*2. titul. 24. §. 1.* hoc ipso feudum amittit,  
*feud. 2. tit. 22.* Dominus quoque similiter  
 ad curiam tribus predictis vocabitur, quæ  
 dominum hortabitur verecunde possessio-  
 nem vasallo restituere. Hortabitur dicunt  
*Imp. in l. 9. C. de condict. ob causam l. 8. C. de li-*  
*ber causa. Obertur feud. 2. tit. 22.* competen-  
 ter cogere, id est moderate. Hortationi igi-  
 tur immittum est nonnihil necessitatis. Si  
 non pareat dominus edictis interdiciturque  
 curiæ sub eum vasallus ad majorem curiam  
 vocabitur, & ad extremum in eadem contu-  
 macia perseverantem poterit de præda-  
 re, *dict. tit. 22 in fin.* id est grassari in eum im-  
 pune, quasi omni fide solutus.

*In feudo* **c** Ita legendum putat *Cujac. dict. loco.*  
*antiquo* Et sane ita legendum est, cogentibus mul-  
*petet in* tis locis, qui alioqui adversarentur, *feud. 2.*  
*tra annū* *titul. 24 §. 2. §. fin. 55. in fin. princ. & 97.* non  
*& diem.* vero distinguendum cum *Vvesembec. cap. 8.*  
*num 3.* inter militem & paganum, quoniam  
 non est apta distinctio hæc. militis enim  
 nomine hisce libris nihil aliud quam vasal-  
 lus significatur, & magis domino quam  
 pagano opponitur, *feud. 2. tit. 26 §. 2 feud. 1.*  
*tit. 22. in fin.*

d Ratio



*d* Ratio, quoniam annus finitur eodem diemēsis quo incepit, puta dominus feudi mortuus est primo Octobris, qui si in annum computetur, finietur annus ultimo Septembris, sin minus, finietur primo Octobris. A que hæc computatio post longam controversiam videtur jure feudali obtinuisse, *Mynsing. centur. 5. observ. 15.*

*e* Ratio diversitatis hæc est, quoniam in novo feudo ante investituram, vasallus nihil juris habet, at fidelitas ratione juris quod habet vasallus, præstanda est, quam diu carere vult, tam diu fidelitatem ut præstet, non est onerandus. Aliud in feudo antiquo, in quo, cum non modo dominium, sed & possessio in novos successores continetur, merito ad servitio & fidelitatem ac dominij directi recognitionem offerre se debet, etiam non requisitus. *Wesemb. ca. 3. n. 5.*

*Et sine  
ulla cita-  
tione pos-  
sit.*

Tantum de petitione investituræ.

Investitura vero alibi investitio appellata, *feud. 1. tit. 26. §. testes & tit. 28.* est cessio feudi, eaque propria, vel abusiva, *feud. 2. tit. 2.* & vel veteris vel novi beneficij, *feud. 2. tit. 3.* facta in scriptis, vel sine scriptis, *diot. tit.*

*Defini-  
tio inve-  
stitura.  
Divisio.*

2. Propria feudi investitura est, *Propria*

G S

*Propria  
feudi in-  
vestitura  
quid.*

*Quid  
abusiva  
sive im-  
propria.*

*Quid  
veteris  
feudi in-  
vestitu-  
ra.*

*Quid  
novi.  
Causa  
efficiens  
investi-  
tura.*

quando dominus vasallum vel alium  
ejus nomine in verum feudi posses-  
sionem inducit, *feud. 2. titul. 2.* unde  
etiam investitura possessio dicitur, *d.*  
*titul. 2. in princ.* sumpto effectu pro  
causa. Impropria sive abusiva, quan-  
do hasta vel aliud corporeum, puta  
vexillum, baculus, gladius, virga,  
annulus, &c. à domino traditur, per  
hoc se investituram facere dicente *b,*  
*dict. tit.* Veteris feudi investitura est,  
quæ fit à successore *c* domini vel suc-  
cessore vasalli, *feud. 2. tit. 32.* mortuo  
scilicet domino vel vasallo. Novi ex  
qua primum formam suam & ori-  
ginem feudum accipit, *dicto titulo*  
*32.* Instituram autem facit dominus  
immediate proximus, non domini  
dominus, *feud. secund. titulo 55. §.*  
*illud.* idque per se, vel per alium,  
puta cancellarium, administrato-  
rem, procuratorem, &c. *feud. 2. ti-  
tul. 3. §. sed utrum.* Facit & fœmin. *d,*  
*dict. titul. 3. versic. fœmina.* Et omnes  
denique qui legitime honorum suo-  
rum

rum habent administrationem, si-  
 quidem feudum sit novum: nam quæ  
 de veteri sit investitura, etiam à mino-  
 re potest fieri *e. feud. 2. titul. 3. in prin-*  
*cip.* Accipere investituram dicitur va-  
 fallus, itidem per se, vel per alium. *feud.*  
*2. titul. 3. d. §. sed utrum* puta gestorem  
*feud. 2. titul. 85.* Nuncium *feud. 2. titul.*  
*58. §. item sciendum.* Procuratorem  
*dict. §. sed utrum.* Vel servum, *dict. ti-*  
*tul. 3. §. personam.* Ita tamen ut id fiat *Forma*  
 coram paribus curiæ, *feud. 2. titulo*  
*2.* nam sine paribus facta investitu-  
 ra non valet *f. feud. 2. titulo 33. §. nec*  
*dicatur.* dummodo feudum sit no-  
 vum & seculare: antiquum enim  
 coram extraneis *g. feud. 2. titul. 32. §.*  
*de veteri:* Ecclesiasticum tam coram  
 paribus quam extraneis *h.* conferri  
 potest, *feud. 1. titul. 26. §. hæc omnia.*  
 Porro investitura facta siquidem sit *Finis &*  
 propria, vasallus utitur re & frui- *effectus*  
 tur, *feud. 2. titulo 8. §. 1.* Quod si usus *propria*  
 ei præcludatur, ut quia res sit evicta, *feudi*  
 tum aliud feudum ejusdem boni- *investi-*  
 tatis *tura.*

lium  
 esse  
 unde  
 r, d.  
 pro  
 uan-  
 puta  
 rga.  
 per  
 te b,  
 est,  
 sue-  
 rtuo  
 vi ex  
 ori-  
 itulo  
 inus  
 mini  
 s. §.  
 am,  
 ato-  
 2. ti-  
 n. d.  
 nes  
 suo-  
 rum



Effectus  
impro-  
pria.

caris seu quantitatis, *dict. tit. 8. in princ.*  
vel ejusdem æstimationis, *feud. 2. tit. 25.*  
restituendum est, aut pretium quod ex  
sententia judicis victori vasallus ex-  
solvit, refundendum, *dict. tit. 25. in  
verb. vel nummos.* Sin autem investi-  
tura fuerit abusiva sive impropria, va-  
sallus ad traditionem rei feudalis agit,  
*feud. 2. tit. 26. §. si facta,* & dominum  
tradere oportet, *d. §. si facta,* atque  
vasallum in possessionem feudi mit-  
tere *k. feud. 1. tit. 4. in princ.* quod si  
differat, etiam omnem utilitatem, id  
est, interesse præstare cogitur *l. feud. 2.  
tit. 7. in fin.*

Investi-  
tura in  
scriptis  
quo mo-  
do fiat.

a. Puta per publicum instrumentum quo  
casu quaeritur an necessaria sit parium sub-  
scriptio sive confirmatio. Obertus confir-  
mationem exigit, *feud. 2. tit. 2.* Nec ob-  
stat *feud. 2. tit. 32.* quoniam animadver-  
tendum est, nihil in eo titulo certò defi-  
niri, varias tantum opiniones referri. Quae  
Gerhardo & Oberto tribuitur, eandem  
Obertus *in dict. tit. 2.* aperte exprimit.  
Aliorum alia fuit. Mediolanenses publicum  
instrumentum sufficere arbitrantur, quo-  
rum opinio verior videtur, quoniam pu-  
blice

blico instrumento creditur, donec contra-  
rium probetur, *l. cum precibus, Cod. de pro-*  
*bat. l. generaliter. Cod. de non num. pec. l. opti-*  
*mam C. de contr. Et commit seip. & quod per*  
instrumentum publicum apparet, id mani-  
festum dicitur & evidens, *c. cum dilecti extra*  
*de donat.*

*R*atio, quoniam aliud est signum, aliud *Aliud*  
res signata, qui gladium tradit vel hastam *est in ve-*  
&c. per hoc se investituram facere dicens, *ram pos-*  
signum saltem possessionis tradit, non rem *sessionem*  
signatam, id est, non ipsam possessionem. *mittere.*  
Dices, cur non traditio hastæ aut gladij, *aliud si-*  
aut scipionis, pro possessionis traditione *gnum lo-*  
habetur, ut clavium, *l. clavibus. ff. de con-*  
*trah. empt. l. 2. C. de pericul. Et comm. rei ven-*  
*dit l. 1. Cod. de crimine expil. heredit. Respon.* *dere.*  
clavibus traditis non videri traditam pos- *Ratio*  
sionem domus, nisi in re præsentî tradi- *dubit.*  
tæ sint. Rei præsentia per se sola facit, ut *Ratio*  
tradita ejus possessio videatur, apprehen- *decid.*  
ditur enim non manibus tantum aut pe-  
dibus, sed etiam oculis, quasi longis mani-  
bus, *l. 1. §. per. l. quod meo §. si venditor em l.*  
*quarundam ff. de acquir. possess. leg. pecuniam*  
*ff. de solut.* Investitura igitur etiam si fiat  
porrectis clavibus, hasta, vel simili instru-  
mento, in re præsentî pro traditione posses-  
sionis habebitur: sin minus, erit saltem si-  
gnum & argumentum quoddam concess-  
sionis in feudum.

c Qua-

**Quaestio** *Quæritur hic, an successor cogatur adimplere investituram factam à defuncto,*  
**an suc-** *qua in re Gerhardus & Obertus laicos à*  
**cessor co-** *clericis censent esse separandos. Investitu-*  
**gatur** *ra quam fecit laicus, obligat successorem*  
**adimple** *ejus sine ulla distinctione, feud. i. titul 3 in*  
**re defun-** *fin. Ratio, quoniam in laicorum successori-*  
**ti inve-** *bus regula juris novi à Just. prodicti serva-*  
**stiturã.** *tur, ut a successorib. obligationes incipiãt,*  
**Successor** *L. unica C. ut aet. ab hered. In clericis, regula*  
**laici cogi-** *juris antiqui, ut à successoribus eorum non*  
**tur.** *incipiant, l. dudum C. Theod. de rescriptis id-*  
**Successor** *que ob diversam successorum qualita-*  
**clerici** *tem. Laicorum successores sunt universi*  
**non itẽ.** *juris defunctorum successores, clericorum*  
*successores ecclesiastici juris non defun-*  
*ctorum successores sunt. In clerico igitur*  
*distinguitur: aut enim de suis bonis in-*  
*vestituram fecit, aut de bonis ecclesiæ. Si de*  
*suis, successor eam adimplere cogitur, feud.*  
*2. tit. 35. in princ. Si de bonis ecclesiæ, simili-*  
*ter cogitur adimplere, quatenus rei pro be-*  
*neficio investitæ, id est, in feudum datæ*  
*possessio apud clericum fuerit, dict. titulo*  
*35. vers. cumque. Nec obstat, feud. i. titul. 25.*  
*§. i. quoniam (omissa opinione interpre-*  
*tatum ibi de alieno beneficio agi existimã-*  
*tium) hoc casu rursus distinguendum utrum*  
*rei, quam habuit, possessionẽ investito tra-*  
*diderit, aut non. Priori casu successor factũ*  
*mutare non potest, id est, investituram*  
*ratam*

**Nisi de**  
**suis bonis**  
**investi-**  
**turam**  
**fecerit.**  
**Ver eccle-**  
**sia, quo-**  
**rum pos-**  
**sessionem**  
**habuit.**  
**Object.**  
**Solut.**

ratam habere cogitur: posteriori, exianitur  
 feudum, id est, facta investitura evanescit,  
 non tam ratione juris, quam ob constitu-  
 tionem Lotharij cujus fit mentio, *feud. 1.*  
*titul. 9. in fin.* qua voluit clericorum suc-  
 cessores, id est, qui eis in functione Eccle-  
 siastica successerunt, non usque adeo fa-  
 ctis defunctorum obligari. Colore igitur  
 aliquo assumpto facile mutabunt factum  
 defuncti, maxime re integra, id est, nondū  
 sequuta traditione. Quod si de alterius  
 feudo fecerit investituram, id est, si rei Ec-  
 clesiasticæ possessionem non habuit si qui-  
 dem pure sit facta, non valet, *dict. titulo 35.*  
*versic. ubi vero feud. 1. titul. 9.* Ratio, quo-  
 niam viventi adhuc priori vasallo, nullum  
 de feudo damnum inferendum est, *feud. 1.*  
*titul. 27.* Si in diem, vel sub conditione:  
 tum aut clericus ante priorem vasallum  
 vita decessit, aut post. Si ante priorem,  
 successor ejus non tenerur implere investi-  
 turam, *feud. 1. titul. 3. 9. & 25. feud. 2. tit. 26.*  
*§. 2. & 35. versic. si tamen.* Ratio, quo-  
 niam obligatio, quæ non cæpit à defuncto,  
 non potest incipere à successore. Non po-  
 tuit autem incipere à defuncto, quam-  
 diu vixit prior vasallus, quia investitura  
 posterior habet in se conditionem, & tum  
 demum capit effectum, cum feudum do-  
 mino fuerit apertum, *feud. 2. tit. 26. §. 2.*  
 Sin autem post priorem vasallum clericus

*De alie-  
 no feudo  
 pure fa-  
 cta inve-  
 stitura  
 non te-  
 net.*

*Tenet, si  
 in diem  
 vel sub  
 conditio-  
 ne facta  
 sit.*

*Quasi  
 mortuo  
 investi-  
 tore exte-  
 rit, non  
 obligatur  
 success.*

deces-

*Obligatur si vivo eo extiterit.* decesserit, jure cogitur successor eam adimplere, *feud. 1. tit. 3. feud 2. tit. 35. versio. assit cum.* Ratio, quoniam quæ à defuncto cœpit obligatio, ea in successorem ejus cœtinuatur: hoc casu cœpit obligatio à defuncto, ut cui post mortem prioris vasalli feudum fuit apertum, non mirum igitur, si successor cogatur adimplere investituram.

*Fœmina tam non vi quam veteris feudi investituram facere potest.* *d* Ratio dubit. quod novi investitura sit alienatio: *feud. 2. tit. 3. fœminæ nihil poterant alienare, ut quæ erant in tutela perpetua, Vlp. tit. 11. unde quibusdam placebat veteris saltem, non novi beneficij investituram à fœmina fieri posse. At diversa opinio obtinuit, dict. tit. 3. § fœminam.*

*Minor 25. annis non novi, sed veteris tantum.* *e* Ratio, quoniam veteris feudi investitura non est alienatio, sed feudi tantum quædam recognitio. Et peti solet ita, ut quis intendat de suo recto feudo se investiri debere, *feud. 2. tit. 20. § 39.* Rectum autem feudum dicitur, feudum vetus, cuius possessio justa est, & ideo qui investitur de suo recto feudo, ei possessio tantum justa confirmatur. De hac re dicere poteris non esse beneficium sed injuriam, si quis eam non impetraverit, *l. 1. § plane. ff. de aqua quot.*

*Feudi novi investitura faciendâ coram paribus curia.* *f* Ratio, ne quid falsitatis excogitetur in pernicipem domini, alijs testibus inductis, corruptis forte pecunia, vel odio, vel gratia, *feud. 1. tit. 26. § testes quæ in paribus curia,*



curiæ, quippe qui fidei vinculo arctiori domino tenentur obstricti, non sunt metuenda vel suspicanda, *feud. 2. tit. 58. §. idcirco.* Deinde etiam ne inopes vasalli gravioribus onerentur impensis, *Cujac. feud. 1. tit. 1. §. notandum & ampliorum, probationum simul ac sumptuum oneribus divexentur, feud. 2. tit. 88.* Sed quid si pares tempore investituræ abfuerint, quid si dominus pares non habeat; tum etiam extranei admittendi sunt, *feud. 1. tit. 26. liberi interim, feud. 2. tit. 58. §. 1. idonei, feud. 2. tit. 2. §. 1. ac meliores qui possunt, dict. tit. 58. §. 1. duo ad minimum, feud. 2. tit. 26. §. 1. pluralis enim locutio duorum numero contenta est, feud. 2. tit. 58. §. primo.* Nec obstat, quod plures videantur existendi, eadem ratione, qua pares quantum potest adhiberi voluimus, ne quid falsitatis incurrat, *l. ultim. Cod. de fideicommiss.* quoniam parium qualitas omnem falsi suspicionem tollit: at his deficientibus, extranei videntur substituti, eorumque personam & vicem repræsentare. duobus igitur contenti sumus. Deficientibus in super extraneis testibus, per publicum instrumentum sive breve testatum ut vocant, *feud. 1. tit. 2. & feud. 2. tit. 32.)* aut in propria probationis emergente, per jusjurandum res decidetur, *feud. 2. tit. 2. §. 1. in fin.* Iusjurandum autem modo actori, modo

*Vel extraneis si pares non ex- tent vel absint. Duobus ad minimum. Ratio dubit. Ratio decid. Deficientibus testibus in- vestitura publico instrum. mento probari potest. Vel jure- jurando.*

reo, modo neutri defertur, prout iudici  
 visum fuerit. Actori incumbit probatio,  
 reo defensio. Probatio est testium ido-  
 neorum vel instrumentorum productio.  
 Defensio, est purgatio, quæ fit dato ju-  
 re jurando cum 12 juratoribus. Agit autem  
 vel dominus, vel Vasallus. Domino possi-  
 dente vasallus agit, possidente vasallo, do-  
 minus. Agente vasallo qui investituram ab-  
 legat & vacuam possessionem sibi à domi-  
 no tradi intendit, nec probante, investitu-  
 ram scilicet per pares aut publicum instru-  
 mentum, domini est defensio, i. domino  
 defertur jusjurandum, *feud. 1. titul. 2. in prin.*  
*vers. si autem.* Dices, actore non probante,  
 reum absolvi, *l. 4. Cod. de edendo.* nec opus  
 esse defensione, *l. 9 Cod. de except.* absolvi  
 namque etiam si nihil præstiterit, *dict. l. 4.*  
 etiam si ejus res non sit, § *commodum. Inst.*  
*de interd.* etiam si nullam justam causam te-  
 nendi habeat, *l. fin. Cod. de rei vindic.* Re-  
 spond. jure feudorum actore non probante  
 reum non continuo absolvi: nam sicut jure  
 civili actore defecto probationibus, non  
 ideo juxta statim reum absolvit, sed in  
 dubijs causis, ut omnem animo eximat  
 scrupulum, quandoque reo, quandoque  
 actori jusjurandum defert, *l. 3. C. de rebus*  
*cred. l. admonendi ff de jurejurand.* Ita hoc  
 casu à domino unde petitur rem tradi ex  
 causa investituræ, etiam si actor deficiat

Quod  
 quando-  
 que do-  
 mino  
 possiden-  
 ti defer-  
 tur.

Ratio  
 dubit.

Ratio  
 decid.

eur  
 12.  
 hæc  
 solv  
 por  
 te q  
 rit o  
 & v  
 con  
 abso  
 tur,  
 dicit  
 est,  
 fallu  
 quib  
 dom  
 ram  
 incu  
 feud  
 pign  
 si pro  
 resti  
 per  
 cum  
 cred  
 tur,  
 post  
 tulo  
 tem  
 jura  
 se de

tur probationibus, exigitur, ut juret cum  
 12. sacramentalibus. Itaque non potest  
 hæc regula (Actore non probante reus ab-  
 solvitur,) semper absolute usurpari. Imo  
 potest, (inquies) actore enim non proban-  
 te qui convenitur, etiamsi nihil præstite-  
 rit obtinet, *feud. 2. titulo 33. versic. ubi nihil*  
 & vasallo in probatione deficiente, qui  
 convenitur, nullo præstito sacramento  
 absolvitur, *dict. titulo 33. §. fin.* Absolvi-  
 tur, inquam non ipso jure, sed officio ju-  
 dicis, non ergo abscise hoc accipiendum  
 est, alioquin domino non probante & va-  
 fallus absolveretur, *dict. titulo 33. §. in*  
*quibus, quod falsum, dict. §. fin.* Agente  
 domino possidente vasallo, qui investitu-  
 ram allegat domino rem suam vindicanti  
 incumbit onus probandi, eam se non jure  
 feudi proprii, sed jure gastaldia, vel jure  
 pignoris, vel quo alio jure cōcessisse, quod  
 si probet, simpliciter cogitur vasallus rem  
 restituere, *feud. 1. tit. 4. §. 3.* vel probare  
 per testes aut breve testatum, id est, publi-  
 cum instrumentum (juramento enim non  
 creditur, id est, defensio ei non permitti-  
 tur, *feud. 1. titulo. 11.*) pignore vel gastaldia  
 posteriorem esse investituram, *feud. 1. ti-*  
*tulo 2. §. 1. titul. 4. §. 3. & 4.* Domino au-  
 tem non probante, defensio est rei hoc est,  
 jurare reus debet cum 12. sacramentalibus,  
 se de eo feudo investitum fuisse, ut pos-

Object.

Solvit.

Quan-  
 doque  
 vasallo  
 possidēti.

*Quandoque etiam successoribus eorum defertur.* sessionem retineat: si non ita juraverit, domino jurant possessio restituitur, *feud. 1. tit. 10. C. 23. feud. 2. tit. 33. §. fin.* Illud hoc loco notandum non modo actorem & reum sed etiam successores eorum jurejurando se defendere, diversimode tamen: illi enim de suo facto jurant abscessisse, puta se fecisse aut non fecisse investituram: hi de conscientia, id est, se scire, nescire, credere aut non credere, *feud. 2. tit. 33. versic. de facto* quia iniquum est aliquem de alieno facto abscessisse jurare *feud. 2. tit. 58 §. fin.*

*Veteris feudi investitura coram extraneis fieri potest.*

*Ecclesiastici, tam coram paribus quam extraneis.*

*Dominus vasallo rem evadere cogitur.*

*g.* Ratio, quoniam cum jus feudi notorium sit & antiquitus constitutum, probatio tam exacta & idonea prout in novo feudo non requiritur, non enim tam est nova investitura, quam veteris & antiquae redintegratio.

*h.* Ratio, quoniam cum clericorum investiturae sint occultiores, & cum quosdam de feudo investiunt, saepe absente & sine praesentia suorum confiatrum, id est, capituli hoc facere studeant; idcirco etiam extraneos admittimus *d. §. haec omnia.*

*i.* Utitur enim Obertus dictione omnimodo *feud. 2. tit. 7. in fin.* quae praecisam coactionem significat, *Tiraq. in l. si unquam. in verb. revocatur. n. 7. C. de revoc. donat.*

*k.* Ratio, quoniam investitura est contractus utroque obligatorius, ex quo vasallus ad servitia praestanda obligatur & praecise

pre  
 Bar  
 ver  
 vaf  
 qua  
 lari  
 tra  
 quo  
 obs  
 l.  
 qua  
 dun  
 tit. i  
 dat  
 pot  
 min  
 mo  
 l. si  
 lder  
 cog  
 C. §  
 in id  
 lita  
 20.  
 pot  
 tas  
 jura  
 pra

precise compelli potest, secundum doctrinam  
Bartol. in l. stipulationes non dividuntur ff. de  
verb. obligat. Ergo & dominum vicissim  
vasallo obstringi, ad hoc ut rem ipsam de  
qua facta est investitura, precise ac neces-  
sario tradere cogatur, æquum est, quia con-  
trahentium debet esse æqua conditio, l. si id  
quod ff. de per. & com. rei vend. Mynsing. cent. 4.  
obs 61.

l. Sic & venditor ex sententia Martini Et ob-  
quæ obtinuit, precise obligatur ad traden- mora et-  
dum, §. 2. Inst. de donat. Unde Paulus r. sent. iam in-  
tit. 13. Si id quod emptum (inquit) neque tra- tereffe  
datur, neque mancipetur, venditor cogi prestare.  
potest, ut tradat aut mancipet. Et nihilo-  
minus omne quod interest emptoris ob  
moram venditoris, in æstimationem venit,  
l. si sterilis. §. cum per venditorem. ff. de act. empt.  
Idemque in hærede receptum est, ut absque  
cogatur tradere, l. si domus, §. qui confitetur,  
& §. seq. quem etiam constat ex mora teneri  
in id quod interest.

Post investituram præstanda fide- Investi-  
litas, feud. 2. titul. 4. & 7. in fin. & titul. tura præ-  
20. sine qua feudum consistere non cedit fi-  
potest a, feud. 2. tit. 3. in fine. Fide- delitate.  
tas autem nihil aliud est, quam juri- Fidelitas  
jurandum, quod à vasallo domino quid sit.  
præstatum, feud. 2. titul. 4. in fin. Divi- Quoru-  
plex.

dicitur in juratam & non juratam *b*,  
*Qua cau-* *Wesembec. hic cap. 8. num. 23.* Et præ-  
*sa effi-* statur, domino, *dict. tit. 4.* vel hære-  
*ciens fi-* dibus ejus *c*, *feud. 2. tit. 17.* & 24. à  
*delitatis.* vasallo aut hæredibus *d*, *feud. 2. tit.*  
*26. §. omnes.* nec modo ab ipsis, sed  
*Que for-* etiam per procuratorem, *feud. 2. tit.*  
*ma.* 3. Forma fidelitatis, *feud. 2. tit. 5. 6.*  
 & 7. proponitur & potissimum cir-  
 ca vitam domini, famam *e* & bona *f*  
 ejus versatur. Obligat autem non  
 modo vasallum, sed & dominum *g*,  
*Quis ef-* *feud. 2. tit. 6. in fin.* illum ad obedi-  
*fectus.* tiam vel ad pœnam, quæ est perfidia  
 & feudi amissio, *feud. 2. tit. 24.* Hunc,  
 ut vasallum in possessionem mittat,  
*feud. 2. tit. 7. in fin.*

*Fidelita-* *a* Ratio, quoniam feudum dicitur à fi-  
*tem va-* de, unde qui fidem non præstat, aut præ-  
*sallus nō* stare recusat, hunc nec retinere, nec acci-  
*potest re-* pere feudum posse consequens est, ducto  
*ensare.* argumento ab etymo, de quo *dict. tit. 3. in*  
*fin.* Atque hoc usque adeo verum, ut etiam  
 Imperator, cui alioquin omne hominum  
 genus fidelitatem debet eandem nisi præ-  
 stet, feudo privetur, *feud. 2. tit. 100.* Aliud  
 in Ecclesia, *feud. 2. tit. 101.* quoniam

Eccle-

Ecclesia cum sit cultrix & actrix justitiæ, non patitur contra justitiam vel fidelitatem quid fieri, *feud. 1. titul. 13.* Nec obstat, Ratio quod feudum etiam sine fidelitate conferri possit, *feud. 2. tit. 3. in fin.* Item quod feuda sint, pro quibus fidelitas non præstatur, *feud. 2. titul. 24. §. 1. & 76.* quoniam fidelitatis nomine jus jurandum fidelitatis intelligitur, *feud. 2. titul. 4.* hoc non semper vasalli præstant, quibusdam enim pacto remittitur, *dict. tit. 3. in fin. & titul. 47.* ubi vasallum per sacramentum vocat, qui juravit fidelitatem, cui adversus est is, cui pacto remissa est fidelitas, non tamen ideo minus ex causa ingratitude feudum amittunt, laudatione parium, *dict. titul. 76.* nulla ex causa feudum ipso jure amittitur, ne ob alienationem quidem sine cognitione & pronuntiatione parium, *feud. 2. titul. 74.* Potest igitur esse beneficium sine fidelitate, id est, sine juramento fidelitatis, at sine fide esse non potest, vide quæ diximus *supra c. 3.*

*b* Hæc divisio profluit ex ijs quæ jam ante dicta sunt, quia scilicet feuda reperiuntur, in quibus juramentum non præstatur, *d. tit. 76*

*Vni ex*

*c* Omnibus ne vel uni? Sane si vnus sit dominus vasallus, plures unius feudi domini: feudo præstantur inter dominos diviso, non nisi unam fidelitatem faciet: eamque cui ex dominis vocatus.

lucrit,

luerit, omnibus tamen servitium præstiturus, *feud. 2. tit. 77*. Feudo inter dominos non diviso fidelitas non fiet ante divisionem, quoniam secundum jus feudi non debet quis duas fidelitates pro eodem feudo facere *feud. 2. tit. 102*. pluresve dominos habere, *feud. 2. tit. 55. §. 1. in fin.* At si faceret unam partibus indivisis, non posset partibus divisis alteram defugere: vel etiam manente communione quisque quasi dominus fidelitatem jurari reddique sibi postularet, nec quies esset vasallo antequam singulis ita contra jus & naturam feudi satisfacisset, itaque melius est expectari divisionem. E contra si plures sint vasalli unus dominus, donec illud indivisum possident, una fidelitas & unam servitium fieri debet. Si verò partitum fuerit, quot partes tot erunt fidelitates *feud. 2. tit. 77*. Et constitutio Fiderici, Omnes, inquit, qui partem feudi habent, jam divisi vel dividendi, fidelitatem faciant, *feud. 2. tit. 55. §. 1.* quod si feudum ex divisione ad unum tantum pervenerit, ille tantum fidelitatem faciet. *feud. 2. tit. 26 §. omnes filij.*

*Una, etiam si plures sint vasalli.* Ratio dubitandi, quod juramentum defuncti etiam hæredes teneat, *num. 48.* quemadmodum & simplex promissio, *tot. tit. Cod. de ab hæred. act. incip.* unde de novo ab hæredibus non videtur exigendum. Ratio decidendi, quod in feudis personalia onera

*Una, etiam si plures sint vasalli.*

*Nisi partitum fuerit feudum.*

*Mortuo vasallo prestanda ab hærede defuncto.*

one  
vas  
pro  
soll.  
jusj  
ne c  
e  
isti, t  
cura  
l. rep  
deli  
sunt  
si in  
pecc  
omij  
loru  
f  
mor  
l. ad  
faci  
cop  
quo  
g  
dem  
feud  
aliu  
f



onera debeantur, quorum obligatio cum vasallo moritur, sicut reliquæ operarum promissiones *l. unica, §. ne autem, C. de cad. toll.* Extincta igitur operarum fidelitas sive iusjurandum, ab hæredibus denuo non sine causa exigitur & præstatur.

e Ratio, quoniam vitæ comparatur, *l. concecisti, ff. quod metus causa, nec minori studio & cura, quam vita ipsa nobis cordi esse debet, famam. l. reprehendenda: C. de inst. & subst.* Unde crudelis censetur qui famam negligit, *c. non sunt audiendi, n. q. 3. quia inæstimabilis est, l. si in duabus, ff. de reg. jur. & omni commodo pecuniario præferenda, l. Iulianus, ff. si quis omissa causa, §. c. graviorque amissione oculorum. l. infamia, C. de decur.*

f Ratio, quoniam res sive bona & patrimonium sunt hominis substantia & vita, *l. advocati, ubi gloss. C. de advocat. divers. iud. facit texus in l. in pecudum, ff. de usuris, & id eo paria sunt insidiari vitæ & bonis, Auth. quod mater, C. de revoc. donat.*

g Ratio, quoniam quam expectat si-  
dem, eandem & vasallo præstare cogitur, *Domi-  
fend. 2. tit. 6. in fin. nam quod quisq; juris in-  
alium statuit, eodem & ipse uti debet, ciffimo  
fend. 2. tit. 33. §. in quibus, C. toto tit. vasallo  
ff. quod quisque ju- fidei de-  
ri, §. c. bet.*

96 JURIS FEUDALIS  
DE FINE ET EFFECTU  
feudi.

C A P. X.

**F**Inis feudi quemadmodum & effectus, idem fere, qui ceterorum contractuum, in quibus mutuum contrahitur synallagma *a*, & obligatio ultro citroque efficax. Conceditur namque feudum utriusque gratia *b*, tam domini quam vasalli. Domini, ut habeat vasallum ad servitia obligatum, *feud. 2. tit. 23. in fin.* Vasalli, ut gaudeat beneficio eodemque fruatur, *dicto titul. 23. in fin.* Effectus autem partim in jure, quod utrique competit, partim in actione quæ inde datur, consistit. De jure, & quidem ipsius domini prius, postea de actione tractabimus. Jus itaque domini, quod habet in feudo hoc exigit, ut juret vasallus se fidelem fore, *feud. 2. tit. 6.* & omnia quæ fidelitatis juramento continentur servatutum, *feud. 2. tit. 7.* Dominum contra omnes *c* defensurum, *feud. 2. tit. 28. §. fin.*

Feudum  
utriusq[ue]  
gratia  
concedi-  
tur.

Ius in  
feudo a-  
liud do-  
mini a  
liud va-  
salli.  
Ius do-  
mini  
quid exi-

§. *fin.* idque per se, vel per alium e, *feud. 2. titul. 26. §. si quis decefferit.* Præ-  
terea, ut vasallus servitia exhibeat,  
tam industrialia, quàm officialia. Il-  
la requisitus *f. feud. 2. titul. 26. §. licet.*  
*titulo 28. §. 1. §. 37. §. fin.* hæc etiam ul-  
trò g. Illa non suis, sed domini sum-  
ptibus *h. feud. 2. titul. 107.* (nisi qua-  
tenus de fructibus commode id fie-  
ri possit, *Zasius parte 7. numero 24.*  
quorum idcirco dimidiam unius  
anni partem præstando exonerari  
potest, *feud. 2. titulo 55. §. firmiter*)  
hæc verò simpliciter præstat. Itaque  
quamvis non admonitus, nec accu-  
sare dominum debet, *feud. 2. titulo*  
*24. §. item si delator, §. titulo 33. §. in*  
*quibus.* Nec famosam contra eun-  
dem actionem intentare *i. feud. 2.*  
*titul. 22. argument. l. cum nec patronus,*  
*Codice de injuriis.* Nec juramen-  
tum calumniæ ab eodem exigere, *dict*  
*§. in quibus.* Potest autem sine venia  
dominum in jus vocare *k. Julius*  
*Clarus in §. feudum, question. 25.*

Nec egentem alere tenetur, *Alvar.*  
*in §. licet, feud. 2. titul. 26.* multo minus  
 ære alieno gravatum liberare *l. dict.*  
*§. licet* vel ob hanc causam carceri  
 mancipatum redimere *m, Alvar. dict.*  
*loco.* Et tantum de jure domini. Jus va-  
 falli, partim circa personam domini,  
 partim circa rem ipsam, quæ in feudum  
 est data consistit.

*Jus va-  
 falli quan-  
 to sit, &  
 cujus ef-  
 fectus.*

Circa personam domini, quoniam  
 hunc evictionis nomine vasallus ob-  
 ligatum habet *n. feud. 2. titul. 8. §. 47.*  
 Nec potest ab eodem accusari, *feud. 2.*  
*titul. 33. §. penult. ubi Gloss. in verbo ac-*  
*cusare.* Injuria affici, *feud. 2. tit. 26. §. do-*  
*mino.* Vel feudo sine causa privari, *feud.*  
*2. titul. 9. in fin. §. tit. 34. §. ex ea-*  
*deme.*

Circa rem, quoniam utile ejus do-  
 minium consequitur, *feud. 2. titul. 8.*  
 Fructus omnes & utilitates suas fa-  
 cit *p. feud. 2. titul. 28.* Meliorationes de-  
 ducit *q, dict. titul. 28. §. si vasallus.* &  
 liberam administrandi sive fruendi  
 potestatem habet, *feud. 2. titul. 8.* Feu-  
 dum



dum namque dividere potest r, feud.  
 2. titul. 55. § praterca. Hypothecare s,  
 W urms. in pract. observ. tit. de feudis  
 observat. 21. Locare t, feud. 2. titul. 9. §.  
 donare Subinfeudare u, feud. 2. titul. 3.  
 §. sed etiam vers. per feudum & titul 9.  
 in princ. vers. si vero. titul 26. §. benefi-  
 cium, tit. 34. §. similiter in princ. & titul.  
 55. §. callidis à contrario sensu. Refutare  
 x, feud. 2. tit. 38. Et repudiata hæreditate  
 retinere y, feud. 2. titul. 45. De eodem  
 transigere, feud. 2. titul. 26. §. si vasallus  
 & compromittere z, feud. 2. titul. 34.  
 & 46.

a Ut in emptione venditione, locazione In feudo  
 conductione, dote, pignore, societate & si- mutuum  
 m. libus l. Labeo. ff. de verb. sign. synala  
 b Quæmadmodum & prædicti contra- gma con-  
 ctus, quos sui lucri causa quisque celebrat, tinetur.  
 l. actionum, ff. de obligat. & act. solet enim Feudum  
 emptor viliori pretio comparandi, vendi- datur &  
 tor cariori distrahendi votum gerere, l. 8. accipitur  
 C. de rescind. vend. Unde etiam naturaliter commodi  
 permiffum contrahentibus se invicem de- causa.  
 cipere, l. 16. §. idem Pomponius. ff. de minor.  
 & circumscribere, emendo minoris quod  
 sit pluris, & vendendo pluris, quod sit mi-  
 noris, l. 22. ff. locati. sublata namque spe

var.  
 nus  
 dict.  
 eri  
 dict.  
 va-  
 ini,  
 um  
 am  
 ob-  
 47.  
 l. 2.  
 ac-  
 do-  
 rior,  
 ea  
 lo-  
 ul. 8.  
 fa-  
 de-  
 &  
 ndi  
 eu-  
 um



e Ratio, quoniam muneris sui vicarium dare potest, feud. 2. tit. 55. §. firmiter, titul. 99. & 100. & quod quis per alium facit, per se ipsum fecisse intelligitur, c. qui facit de reg. jur. in 6.

Defendit per se, vel per alium.

f Ratio, quoniam probabiliter ignorare potest, an dominus sua opera indigeat, ideoque denuntiatione opus, feud. 2. tit. 28. §. 1. uti responsum in liberto, qui promissas operas, antiquam fuerint indictæ, præstare non cogitur, l. patronus, l. quoties, ff. de operis libert.

Requisitus, si sint officia industrialia.

g Ratio, quoniam proficiscuntur ex iure naturali & obligatione ad antidota, l. sed etsi, §. consuluit, ff. de petit. hered. præstanda igitur etiam sine admonitione.

Sin officia etiam ultra.

h Ratio dubitandum quod libertus cui vasallus comparatur, ut verhardus in topicis leg. suis sumptibus opera præstet, l. suo vitu, ff. de operis libert. Ratio decid. quod beneficium liberti, beneficio vasalli longe sit majus. Illud libertatem, quæ est res inæstimabilis, l. libertas, ff. de reg. jur. unde etiam grande & inæstimabile beneficium appellatur, l. 1. ff. de oper. libert. & summum pretium, Terent. actus 1. scena 1. hoc saltem usufructum rei immobilis confert, qui æstimari potest, majori igitur vinculo libertus patrono, quam vasallus domino obstringitur, Mynsing. cent. 4. obser.

Attamen domini sumptibus. Ratio dubit. Ratio decid.

*Famo.* *Ratio*, quoniam sicuti liberti persona  
*Jam ad-* patroni, ita & vasallo persona domini sancta  
*versus* cta semper & honesta videri debet, *l. liberti,*  
*dominū* *ff. de obseq. libert.*  
*actionē* *h* Ratio dubitandi, pender ex æquipara-  
*intentā.* tione liberti & vasalli. Constat autem li-  
*rene-* bertum si adversus patronum velit agere,  
*quit.* ad veniam petendam obligari, *l. penult. §*  
*Potest* *ult. ff. de in jus vocando.* Ergo, &c. Ratio  
*tamen* decid. quod argumentum à liberti ad va-  
*sine vo-* fallum sæpe non procedat *Mynsing. d. loco*  
*nia in* *ubi nec hoc casu,* quoniam vasallus non est  
*jus vo-* de numero personarum que sine venia age-  
*care.* re nequeunt, de quibus *in l. 2. cum seqq. ff. d.*  
*Ratio* *tit.* Dices, omnes quibus reverentia præ-  
*dubit.* standanda est, generaliter sine venia in jus vo-  
*Ratio* cari non posse, *l. generaliter. ff. eod.* at præstan-  
*decid.* da est domino, *feud. 2. tit. 2. in verbo reve-*  
*Object.* *rentia* Ergo, &c. Resp. illa verba, (Salva re-  
*Solut.* verentia) ad actionem famosam, quam  
 vasallus verbis honestis moderare debet,  
 non ad citationem restringenda, uti tradit  
*Geil. lib. singul. de pignorat. ca. 15. n. 4.* Et hanc  
 sententiam secuti sunt domini Camerales  
 in causa *der großlegen* fratrum, contra  
 Comitem de *Hanaw* *Mynsing. cent. 4. obser.*  
*92.* ubi refert in Academia Friburgensi,  
 cum professorem Institutionum egisset,  
 contrarium se defendisse *in §. poenales, Instit.*  
*de act.*

*l. Ratio*, quoniam nec filius æs alienum  
 patris



patris persolvere cogitur, *l. si quis. §. parens, Res alio-*  
*ff. de lib. agnosc.* *num do-*

*m* Secus si ex alia causa, puta injusto bel- *mini sol-*  
 lo captus sit, nam hoc casu captivum redi- *vere non*  
 mere cogitur, *Spec. tit. de feud. §. quoniam, cogitur.*  
*n. 97* ubi & alios refert, in quibus sumptum *Nec ob id*  
 facere & contribuere vasallus tenetur, *carceri*  
 quorum quatuor consuetudine recepti *manes-*  
 sunt. I. Peregrinationis transmarinæ. II. *patum*  
 maritandæ filix. III. inaugurationis & *redime-*  
 quæsitæ equestris dignitatis. IV. redema- *re.*  
 ptionis.

*n* Si ignoraverit rem esse alienam, vel *Vasallus*  
 alij oppignoratam, ignorantiam enim non *domini*  
 scienti actio de evictione datur, *feud. 2. tit. 87. evictio-*  
*§. 96. Cujac. feud. 2. tit. 8.* *nis no-*

*o* Ratio, quoniam inter dominum & va- *mine ha-*  
 fallum fides est reciproca; nec ulla fraus vel *bet obli-*  
 malum ingenium intervenire debet. *feud. 2. gatum.*  
*tit. 52. §. fin.* vel accipi potest, *feud. 2. tit. 97. Nec po-*  
 Denique quibus casibus vasallus domino, *test sine:*  
 iisdem dominus etiam vasallo obstringitur *causa*  
 & fidem exhibere tenetur, quod si non fe- *feudo*  
 cerit, merito censetur malefidus, *feud. 2. privari.*  
*tit. 6. in fin.*

*p* Ratio, quoniam vasallus est possessor *Fructus*  
 rei & utilis dominus, *feud. 2. tit. §. fin. cu-*  
 jus præcipuus effectus est fructus lucrari *cit.*  
 & suos facere, *l. certum, C. de rei vind.* An  
 autem ejus anni quo feudum domino aperi-  
 unt fructus suos faciat, vel dividat & quo-

modo, quæstionis est, de qua *feud. 2. tit. 28. §. 3. 45. C. 86. Cujac. feud. 4. titul. 30. Geil. lib. 2. observat. 154. num. 1.* Item an pecunia ex fructibus feudalibus durante tutela à tutoribus collecta, ad soium filium pertineat, vel filiabus etiam communicetur, *vide Myns. cent 6. obs. 100.*

*An & incrementum?* *q* Quid de incremento, rei feudalis dividendum, & ad quem pertineat, *vide Cujac. feud. 1. §. si quis, tit. 1.*

*Feudum dividere potest, ratio dubit.* *r* Dices, divisio vicem emptionis obtinet, *l. 1. C. com utriusq. jud.* At emptio feudi non tenet, *feud. 2. tit. 55.* Ergo nec divisio. *Resp.* divisio licet vim emptionis obtineat, proprie tamen emptio non est, siquidem nihil extra familiam vasallorum alienat eoque domino non præjudicat. Quinimo vasalli invicem inter se feudum alienare possunt, *feud. 2. tit. 49. C. 73.* Ergo multo magis dividere, tum quia divisio proprie alienatio non est, *l. voluntas, Cod. de fidei-commis.* tum etiam quia nemo in communiõne, quæ plerunque discordias alit, *l. si non sortem, §. si cautum, ff. de condict. indeb.* invitus manere cogitur, *l. cum pater, §. dulcissimis, ff. de leg. 2.* Atque hoc, si feudum sit parvum, si majoris momenti, ut puta Ducatus, Marchionatus, &c. quid obtineat, *vide Geylum lib. 2. obs. 153. C. §. præterea, feud. 2. tit. 55. l.*

*Hypothesaria* *f.* Ratio, quoniam per hypothecam, sic  
ut

cur per pignus, possessio non transfertur, *l. si rem, §. propriè, ff. de pign. act.* Neque obstat quod hypotheca à pignore solo nominis sono differat, *l. 5. §. fin. ff. de pign.* quoniam hoc ad formulam duntaxat sive actionem hypothecariam referendum esse, vel ex inscriptione, *d. l. colligitur & patet ex §. item Serviana, Inst. de actionib.*

Ratio, quoniam locatio alienatio non **Locare.** est, *l. non solet, ff. locati,* nisi fiat ad longum tempus, quo casu emphyteusi comparatur, *§. adeo Instit. de locat. & conduct.* Hinc quemadmodum feudum in emphyteusin concedi non potest, ut est communis opinio, *feud. 2. titulo 55.* in verbo alienare, ita nec ad longum tempus locari, *feud. 2. tit. 9. §. donare.*

Hisce interim tribus concurrentibus. **Subin-**  
I. ut æquali det *feud. 2. tit. 34. §. 2.* II. ut ea- **feudare,**  
dem qua habuit lege & conditione det, *feud. 2. tit. 48. 89 & 108.* III. ut non in præjudicium domini det. *feud. 2. tit. 55. §. callidis.* Atque ita facta, subinfeudatio respectu vasalli tenet perpetuo, respectu domini quando vasallus vivit. resolutio enim jure datoris, resolvitur jus acceptoris, *l. lex vectigalis, ff. de pignor.*

Ratio, quoniam feudum in favorem **Refutare** vasalli principaliter cõceditur, unde etiam beneficium appellatur sæpe, & benevola actio, *feud. 2. titulo 23.* favori autem pro  
fe in-

se introducto quilibet renuntiare potest, l. pen. C. de pactis. Ergo & feudum refutare.

Repudiata  
hereditate  
retinere.

y Si si sit agnatus, nam filius sine beneficio repudiare, dict. titul. 45. vel absque feudo hereditatem recusare non potest, feud. 2. titul. 51. §. 4. Mynsing. cent. 6. observ. 66. Ratio diversitatis est, quoniam agnato feudum debetur ex pacto & providentia primi acquirentis, Geil. libr. 2. observ. 128. num. 19. Filio ex successione, tanquam heredi debetur, ideoque sperare bona non potest, quoniam hereditas ex parte adiri non potest. l. 1. ff. de acquirend. hered. Cujac. lib. 4. titulo 54.

Et denique de feudo compromittere.

x Hanc sententiam tenet Duar. cap. 12. num. 21. Julius Clarus contrariam tanquam magis communem amplectitur in §. feudum, q. 39. textus quibus de feudo compromissum admittebatur, per constitutionem Friderici, quæ alienationem quocunque modo factam prohibet, sublatis & correctos esse existimans.

Vasallo in feudo quid prohibetur.

Contra non potest feudum sine consensu domini a alienare b, feud. 2. titul. 52. Donare c. feud. 2. titul. 9. §. donare. Nec in dotem d, dicto §. donare. Emphyteusim e, Dd. in verbo alienare, feud. 2. titul. 55. Usumfructum f, Dd. dicto loco. vel in solutum dare g. Item non

non potest legare *h, d. §. donare. Oppi-*  
*gnorare i, ibid. Permutare k, Alvar. feu.*  
*2 tit. 55, nu. 16. Prælegare l. Geil. feud. 2.*  
*obser. 154. n. 13. Vendere m, dict. §. dona-*  
*re. Vel alio quovis modo distrahere n,*  
*feud. 2. tit. 55:*

*a* Vel agnatorum, si feudum sit pater. *Vasallus*  
 num. Ratio, quoniam ad hos beneficium *sine do-*  
 quandoque est reversurum, *feud. 2. tit. 39. ut* *mini do-*  
 de quorum præjudicio agitur, eorundem *sensu*  
 merito consensus requiratur. argument. *l.*  
*nam ita, ff. de adopt.*

*b* Ratio, ne vires Imperij debilitentur, & *Non po-*  
 milites omnibus bonis exuti, servitia do- *est feu-*  
 minorum suorum subterfugiant, *feud. 2. dum ali-*  
*titul. 52. Servitia enim cohærent feudis &* *onare.*  
 ob id Cornelio Tacito vasalli dicuntur co-  
 mites, quasi dominium in bello comitari  
 cogantur.

*c* Ratio, quoniam donatio est alienatio. *Donare,*  
 Donari id dicitur, quod fit accipientis, *l. 1.*  
*ff. de donat. & cujus dominium transfertur.*  
*l. 9. ff. eod.*

*d* Ergo pater pro filia feudum in dotem  
 dare non potest, *dict. §. donare. Nec obstat,* *In dotē.*  
 quod ipsa pro se dare possit, *feud. 2. tit. 13. Object.*  
*§. 117. quia filia pro se ipsam in dotem da-*  
 tio, id est, si feudum quod ei obvenit ex *Solut.*  
 conventionione (alioqui feudi est incapax)  
 mulier

mulier in dotem det, alienatio non est: nam quamvis constante matrimonio dos sit in bonis mariti, mulieris tamen jure naturali permanet, *l. quamvis, ff. de jure dot. l. in rebus, Cod. eodem, l. Lucius, §. item, ff. ad municip.* At patris in dotem datio, alienatio est, efficitur enim dos proprium patrimonium filiae, *l. pater, ff. ad l. Falcid. l. 4. ff. de collat. bonor. l. denique §. ergo ff. de minor.* merito igitur prohibita. Hanc sententiam tanquam veriore in camera obtinuisse, refert *Myrsing. centur. 4. observat. 84.*

**Emphyteusis.** e Ratio, quoniam datio in emphyteusis est alienatio *n. 7. & 120.*

**Ususfructum.** f Ratio, quoniam & hoc nihil aliud est quam alienare, *l. si. C. de reb. alie. non alien.*

**Vel insolutum dare.** g Ratio, quoniam datio in solutum quae alienatio est, *l. 1. C. de fundo dotali.*

**Non legare.** h Ratio, quoniam nulla de feudis in testamento potest fieri ordinatio, *feud. 2. tit. 8. legata autem non nisi in testamento relinquere possunt, §. praeterea Inst. de fideicom. hered.*

**Oppignoratione.** i Ratio, quoniam sublato medio quo ad extremum pervenitur, & ipsum extremum sublato censetur, *l. scimus, §. fin. Codice de inoffic. test.* sublata igitur oppignoratione per quam ad alienationem pervenitur, *tot. tit. ff. & Cod. de dist. pign. tollitur & ipsa alienatio.*

Ratio,

Ratio, quoniam permutatio, quam Gerhardus cambium appellat, *feud. 1. tit. care.*  
 4. §. cum autem & tit. 22. §. 1. a cambire,  
 quod est permutare, *Alciat. lib. 2. parer. c. 45.*  
 vicina est emptioni & venditioni, *l. 2. ff. de*  
*rebus permut.* Unde Sabiniani permuta-  
 tione rerum empt. & vendit. contrahi vo-  
 luerunt, *l. 1. de contrah. empt.* quod tamen  
 Proculiani, quorum sententia obtinuit,  
 improbarunt, *ut docet Inst. Instit. de empt. &*  
*vendit.*

l Dices, cur ego toties hisce libris, feu- **Prælegat**  
 dum legitur uni obvenisse, *feud. 1. titul. 14. re.*  
*feud. 2. tit. 50. §. 2.* Respondeo hoc **Solut.**  
 de divisione liberorum facta inter se, non **Object.**  
 de electione patris intelligendum. Liberi  
 præsertim feuda non magna inter se divi-  
 dere possunt, *feud. 2. tit. 55. §. præterea du-*  
*catum,* at pater unum ex liberis eligere, eiq;  
 feudum prælegare non potest, tum quia  
 æqualiter debent succedere *feud. 1. tit. 8.*  
 tum etiam quia agnatis vel liberis illud re-  
 servare debet exempto lucrorum nuptia-  
 lium, quæ superstes conjux servat liberis  
 communibus, nulla electione concessa, *n.*  
*2. & 22.* Neque obstat, quod jus patronatus  
 uni ex liberis possit assignari, *l. 1. ff. de ad-*  
*fig. libertis l. unum ex familia. ff. de leg. 2.*  
 quamvis omnibus debeatur, *l. ut iusjurandis*  
*§. si liberti. ff. de oper. libert.* quoniam cum  
 omnis in testamento de feudis facta dispo-  
 sitio

## JURIS FEUDALIS

litio non teneat, *feud. l. tit. 8.* jus civile est quo supra adductum argumentum depro-  
mitur, non potest nec debet attendi, alias  
ita demum servandum, quando jure feudi  
aliud expressum non est, *feud. 2. tit. 1.*

**Vendere.** *m* Ratio, quoniam et si improprie *l. alio-*  
*natum ff. de verb sig.* attamen generali alie-  
nationis significatione etiam venditio ve-

**Obiectio.** *n*it, *n. 7. cap. 1.* Dices vasallo plus juris in feu-  
do, quam usufructuario in usufructu com-  
petere, uti diximus *supra cap. 3.* at qui usufru-  
ctuario vel ipse re uti potest: vel alij eam

**Solut.** vendere *l. 12. §. 2. ff. de usufr.* Ergo, &c. Resp.  
usufructuaria non jus usufructus (nam  
hoc cedendo extraneo nihil agit, § *fin. Inst.*  
*dict. tit.*) sed perceptionem ejus & utilita-  
tem alienare posse, *l. 66. ff. de jure dot.* Idem  
vasallo conceditur: fructus vendere, di-  
strahere, vel alienare potest, *Wesembec hist.*  
*cap. 1. n. 6.* at feudum, id est, ipsum jus feu-  
di alienare non potest, quemadmodum  
nec invicem legis commissoriae dare, *feud.*  
*1. tit. 27.*

**Vel quo-** *n* Ratio, quoniam alienationis vocabu-  
**vis modo** lum generale est, *l. alienationis, ff. de verb.*  
**distrabe-** *sign.* & omnem actum comprehendit, per  
**re.** quem dominium transfertur, *l. 1. C. de*  
*fundo dotali.*

Hactenus de jure feudi, nunc de  
actione quæ inde promanat, dicen-  
dum,



dum, & in primis, quæ datur, cui ad-  
 versus quem, coram quo, quo ordi-  
 ne, & ad quid datur, videndum. Da-  
 tur itaque nomine feudi directa &  
 utilis rei vindicatio. Directa domino  
 datur *a*, vel adversus possidentem ut  
 rem feudalem, ut feudalem restituat  
*feud. 2. titul. 2. § 1. in verb.* (rem suam  
 petat) vel adversus vasallum, ut ser-  
 vitia exhibeat aut feudum ob felo-  
 niam commissum reddat, *Alvar. in*  
*cap. unico feud. 2. tit. 24. § 1.* In eun-  
 dem finem & conditio causa *b* data  
 causa non secuta domino *c* datur,  
*feud. 1. titul. 21.* An & interdicta pos-  
 sessoria? *ita sentit Baro libro 4. de bene-*  
*ficijs cap. 7. Duar. d hic cap. 19. nu-*  
*mero 6.* Utilis rei vindicatio vasallo  
 datur, *feud. 2. titul. 8. § 1.* adversus do-  
 minum ut vel feudum renovetur, si  
 sit antiquum, vel si novum, ut in pos-  
 sessionem ejus mittatur, *feud. 2. titul.*  
*26. §. si facta.* Idem adversus posses-  
 sorem quemcunque datur, ut servi-  
 tute prædio feudali debitam præstet,

Quæ  
actio no-  
mine  
feudi de-  
tur.

Cui de-  
tur.

Adver-  
sus quæ.

Ad quid.

Quæ va-  
sallo de-  
tur.

Adver-  
sus quæ.

Ad quid.

*feud. 2. titulo 8 §. 1.* Datus & præscriptis verbis actio, ut feudum si quod concessum fuerit evictum, aliud ejusdem bonitatis restituatur, *feud. 2. titul. 8. ubi Cujac.* Dantur & interdicta, tam adversus extraneum *g.*, *Menoch. de Recup. posses. remed. 3.* & in *1. remed recuper. posses. numero 9.* quam adversus dominum *h.*, *Andreas de Isernia feud. secund. titulo 55. vers. ex his videtur cum seq.* Destituta denique alijs actionibus & condictio ex lege datur, *lex unica, ubi Bartol. ff. de condict. ex leg.* qua ad omnia agere potest, quæ in feudum cuique tribuuntur, *Duar. cap. 18. num. 7. Wesemb. c. 17. num. 8.* Porro omnis actio, quæ feudi nomine competit, vel coram Imperatore intentatur, vel coram paribus curiæ, vel domino, vel iudice aut arbitro. Coram Imperatore, quando contentio est de feudo regali, ut puta de ducatu, marchionatu vel comitatu, *feud. 1. titul. 18.* Coram paribus curiæ *l.* quando contentio est inter domi-

*ubi de-  
cur &  
coram  
quo.*

dominum & vasallum *m* de feudo nō  
 regali *feud. 1. tit. 21. ibi per laudamen-*  
*tum, id est iudicium feud. 1. titul. 22. §.*  
*final.* Coram domino *n*, si de feudo  
 non regali inter ipsos vasallos *o* con-  
 tentio sit, *feud. 2. titul. 55. §. fin.* Co-  
 ram iudice vel arbitro, si pares non  
 sint, vel dominus suspectus sit, *feud.*  
*2. tit. 15.* Item si vasallus asserat esse  
 suum allodium vel ab alio depende-  
 re, *feud. 2. titul. 27. §. si duo §. si tres.*  
 Quod ad formam huius iudicij atti-  
 net, constat id eodem modo quo &  
 cetera peragi: citationem fieri, libel-  
 lum offerri, litem contestari, indu-  
 cias dari, probationes adduci, sen-  
 tentiam proferri, prolata sententia  
 appellari *feud. 2. titul. 22. §. f.* Et deni-  
 que totum iudiciarium ordinem ob-  
 servari *p* nam cum nihil in consue-  
 tudinibus feudorum, specialiter hac  
 de re statutum, ad jus commune erit  
 recurrendum, *feud. 2. tit. 1.*

Quomo-  
do detur.

Directio  
rei.

\* Ratio, quoniam dominiū, quod apud

*vindica-* dominum permanet, est causa & mater hu-  
*tio domi-* jus actionis, *Dd. in §. 1. Inst. de act.*

*no da-* *b* Causa significat hoc loco finem, & ob  
*sur.* causam dari dicitur, quod ob finem aliquē

*Datur* datur. Feudum datur vasallo ob causam, id  
*et con-* est, finem, cum scilicet, ut servitia exhibeat,  
*dictio.* *dict. tit. 13. in fin.*

*Ratio* *e* Dices, condictio domino non datur,  
*dubit.* nisi adversus furem, §. *sic itaque Inst. de act.*

*Ratio* At is qui feudum à vasallo petit, dominum  
*decid.* se esse contendit, condictionem ergo non  
 habebit. Resp. quemadmodum odio fu-  
 rum receptum, ut condictione teneantur,  
 ita quoq; & odio vasallorum, qui feloniam  
 commiserunt, statutum jure feudali, ut te-  
 neantur condictione, idque non tam ex  
 contractu, quam ex æquo & bono, *l. in*  
*summa. §. quod ob rem. ff. de cond. indeb. & ex*  
*naturali æquitate, l. 3. §. sed et si. ff. de cond. cau-*  
*sa data, &c.*

*An et in* *d* Moti hac ratione, quod dominus ci-  
*terdicta* viliter, vasallus naturaliter possideat, falsa  
*possesso-* quoniam assertio hæc juri civili repugnat.  
*ria? ita* Duo enim non possunt eandem rem in so-  
*sentiant.* lidum possidere, nec civiliter simul nec na-  
*Veritas* turaliter: nec unus civiliter, alter naturali-  
*est non* ter: nec unus juste, alter injuste. Atq; id re-  
*dari;* jectā Sabinianorum, obtinuit ex Procu-  
 lianorum sententia, de qua vide *Cujac. lib.*  
*9. obser. 33. Gothof. in l. 3. §. ex contrario. ff. de*  
*acq. poss.*

*e. Quem*

*e* Quomodo & emphyteuticario, *Vtilis rei*  
*l. 1. ff. si ager. vectig.* quoniam utile habent vindica-  
 dominium, *ratio va-*

*f* Ratio, quoniam vasalli successor actua- *sallo da-*  
 lem habet possessionem, petitq; solum sibi re- *tur.*  
 novari investituram, *Duar. hic. c. 18. n. 3.*

*g* Hanc sententiam Academia Franco- *Dantur*  
 fordensis decidendo probavit *tomo tertio* *& inter-*  
*variorum consil. cons. 21.* ubi additur, eandem *dicta.*  
 in supremo iudicio Camerae observari, nec  
 mirum: nam si usufructuario dantur, *l. 3. §.*  
*fin. ff. de vi & vi armata l. ult. ff. uti possidetis,*  
 qui revera non possidet, sed videtur saltem  
 possidere *l. naturaliter. ff. de acq. possess. Cujac.*  
*lib. 9. obser. 33,* utique & vasallo non poterunt  
 denegari, qui non modo non possidet,  
 sed etiam utilem in rem habet actionem,  
*feud. 2. tit. 8 §. 1.*

*h* Non obstat quod liberti adversus pa- *Ratio*  
 tronum non detur interdictum unde vi, *l. dubit.*  
*l. §. 43. ff. de vi & vi armata,* quoniam à li- *Ratio*  
 berto ad vasallum, non semper procedit ar- *decid.*  
 gumentum, *vide Everhardum in loco à liberti*  
*ad vasallum.* Et licet interdictum hoc atro-  
 citatem facinoris in se contineat, *dict. §. 43.*  
 quæ vasallo, cui reverentia præstanda, *feud.*  
*2. tit. 22.* non temere videtur obijcienda,  
 et tamen quando dominus non habet va-  
 fallum ut vasallum, nec vasallus dominum  
 habebit ut dominum, *arg. e. esto subjectus 95.*  
*distinct.*

K 3.

Atque ita, cum Henricus Dux Lau-  
 vvenburgensis & Fridericus, quem Impe-  
 rator investierat, inter se de ducatu Saxo-  
 niæ contenderent, & Henricus à consilio  
 Basiliensi, Fridericus ab Imperatore Sigis-  
 mundo rem vellet definiri, rescripsit, Im-  
 perator ad consilium Basiliense hoc modo:  
 Feudalis contentio per dominum feudi ac  
 pares curiæ terminanda est, quæ epistola  
 extat tertio consiliorum tomo. Nam quã-  
 vis Camera per modum contractus ex or-  
 dinatione cameræ concurrentem cum Im-  
 peratore habeat jurisdictionem, & ipsum  
 Imperatorem repræsentet, sigillo ejus utatur  
 & processus sub ipsius nomine decer-  
 nat: attamen & hodie solus Imperator de  
 ducatu, Marchionatu & comitatu imperij  
 cognoscit, propterea quod hic casus *in or-  
 dinat. cam. parte 2. tit. 7.* soli Imperatori sit  
 reservatus.

*Pares curiæ qui  
 cantur.* *k* Pares curiæ, qui & pars curtis, *feud.*  
*2. §. 1. tit. 4. §. 46.* & pares domus, *feud.*  
*1. tit. 11. & pares de domo, feud. 1. tit. 26. §.*  
*1.* Item compares & convasalli dicuntur,  
 sunt, qui ab eodem domino, eademve do-  
 mo feuda tenent, *Cujac. feud. 1. titul. 1. §. no-*  
*tandum.*

*Curia  
 quid.* *l* Curiam sive curtem dixere pro domo,  
 castra, palatio, prætorio, *Cujac. dict. loco.*

*Corã ju-  
 dice ordi-* *m* Qui revera vasallus est: nam si domi-  
 nus feudi vasallum adversarium esse neget,  
 vel

vel rem feudalem esse non constet, tum co-  
 ram iudice ordinario controversia erit diri-  
 menda, Atque ita conclusum in camera te-  
 stante *Mynsing. cent. 1. obser. 99. & cent. 5. ob-  
 ser. 75.*

*n* Quo invito in alterius iurisdictione,  
 nec expresse nec tacite consentire possunt,  
*Geil. lib. 1. obs. 40 num. 6.*

*o* Quos constat ejusdem domini esse va-  
 fallos, nam si uterque se vasallum esse con-  
 tendat, domini non est cognitio, *c. ceterum  
 extra de judic. sed ad pares curiæ spectat,  
 feud. 2. tit. 46.*

*Coram  
 domino  
 quando.*

*p* Forma igitur exercendi iudicij ea-  
 dem, quamvis nonnulla specialia maxime  
 circa juramentum & probationes occur-  
 rant, ut puta iudex præstat juramentum,  
 quod velit ex æquo & bono iudicare *num.*

*9.* Pares curiæ non præstant, *Mynsing. cent.*

*4. obs. 89* Jure civili deferens juramentum  
 prius de calumnia jurare cogitur, *l. 34. §.*

*4. ff. de jurojur.* Jure feudali non cogitur,

*feud. 2. tit. 33. §. 1.* Jure civili utraque pars ju-  
 rat se non calumniandi animo litem con-

testari, *l. 2. C. de jur. propter cal. §. c.* Jure feu-

dali non item, *Hartm lib. 2. pract. obs. tit. de*

*feudis obser. 46.* Circa probationes hoc spe-

cialiale, quod jure civili mulier testis esse

possit, *l. ex eo ff. de testib. & extranei om-*

*nes qui non prohibentur, ad minimum*

*verò duo l. ubi ff. dict. titul.* Jure feudali nec

*mulier*

*In quibus  
 iudicium  
 feudale  
 à com-  
 muni  
 differat.*

118 JURIS FEUDALIS.

mulier admittitur, feud. 2. tit. 32. nec extranei, sed soli pares curiæ, feud. 2. tit. 58. §. idcirco (dummodo feudum sit novum, feud. 2. tit. 32. antiquum enim quibuscunque testibus probatur, Geil. lib. 2. obser. 50. num. 5.) nec duo, sed quinque, feud. 2. tit. 57.

DE CONTRARIIS  
feudi.

C A P. XI.

Quibus  
modis  
feudum  
extin-  
guatur  
vel amit-  
tatur.

CONtraria sunt modi, quibus vel extinguitur feudum, vel amittitur. Extinguitur sine ipsius vasalli culpa, ut puta religionis ingressu a feud. 2. tit. 26. §. qui clericus. Vitio corporis b, feud. 1. tit. 6. in f. Præscriptione c. arg. feud. 2. tit. 26. §. si quis. Refutatione d, feud. 2. tit. 9. 14. Et 38. Interitu rei e, arg. l. 1. Cod. de jure emphy. Et denique morte, si videlicet vasallus sine hæredibus masculis vel agnatis moriatur f. feud. 1. tit. 13. feud. 2. ti-

Feudum titulo 9.

extingui-  
tur reli-  
gionis in-  
gressu.

a Ratio, quoniam definit esse miles seculi, qui factus est miles Christi, feud. 2. tit. 21. milites enim Christi servire debent Christo, milites seculi, seculo feud. 2. tit. 109.

b Puta

b  
clau  
hi de  
tulo  
c  
acqu  
quer  
nihil  
d  
pter  
quar  
tur,  
beat  
nem  
reliq  
cont  
vasal  
tradi  
vitia  
cont  
l. sicu  
refut  
tract  
conf  
que  
bene  
ti, fe  
cuni  
1. titu  
pactis  
Myn



*b* Puta si quis sit mutus & surdus, cæcus, *Visio*  
 claudus, vel aliter imperfectus, quoniam *corporis,*  
 hi debito servitio non sufficiunt, *feud. 2. tit.*  
*itulo 36.*

*c* Ratio, quoniam cum præscriptione *Præscri-*  
 acquiratur, *feud. 2. tit. 26. §. si quis, conse-* *ptione.*  
 quens est, ut & eodem modo amittatur, *l.*  
*nihil tam. ff. de reg. jur.*

*d* Ratio, quoniam vasallus non tam pro- *Refuta-*  
 pter personam, quam ob rem obligatur, *tione.*  
 quam si velit refutare, amplius non tenebi-

tur, etiamsi dominum offendere non de-  
 beat, manent enim etiam post refutatio-  
 nem dominici juris scintillæ quædam ac  
 reliquæ, *feud. 2. tit. 38.* Dices feudum est  
 contractus, quia ultero citroq; dominus &  
 vasallus sibi invicem obligatur, ille ad rem  
 tradendam, *feud. 2. tit. 26. §. 6.* hic ad ser-  
 vitia præstanda, *feud. 2. tit. 23. in fin.* Atqui

contractus unius dissensu solvi non potest  
*l. sicut. C. de oblig. & act.* Ergo nec feudum *Ratio*  
 refutari. Resp. feudum non tam esse con- *decid.*  
 tractum, quam jus, quod per contractum

constituitur, uti diximus *supra ca 3.* quod-  
 que in favorem vasalli conceditur, est enim  
 benevola actio tribuens gaudium capien-  
 ti, *feud. 2. tit. 23. in fin.* nec prætextu pe-  
 cuniæ, sed amore domini acquiritur, *feud.*  
*1. tit. 27.* poterit igitur refutari. *l. pen. C. de*  
*pactis.* id quod intrepide tenendum censet  
*Mynsing cent. 5. observat. 65.* Nec obstat

- Object.** quod dominus vasallum refutare non possit nisi certis cognitisque causis : unde nec contra vasallus dominum, cum contrariorum eadem sit disciplina *l. ult. C. de iudiciis viduit.* quoniam ejusmodi argumentum, cum non eadem hoc casu contrariorum sit ratio, parum obest: feudo namq; à vasallo refutato, dominus nihil damni facit, cum in re sua plenam potestatem recipiat, *feud. 2. tit. 54.* nec ei difficile sit, alium vasallum acquirere. Vasallo autem eripi feudum, sine damno & fraude non potest, facilius ergo refutatio, quam feudi privatio permittitur. Dices vasallum domino obstringi juramento & quidem honesto, *feud. 2. tit. 7.* omne autem juramentum in violabiliter esse custodiendum, *auth sacramenta. C. si adversus vendit.* nec unquam nisi vergat in perniciem æternæ salutis retractandum, *c. cum contingat extra de jurejur.* Responson vasallum juramento obstringi quamdiu possidet: feudo igitur, cujus intuitu præstatur, refutato, nõ adstringitur, & quia jure permittente refutavit, pejerasse multo minus intelligitur, *l. ult. ff. qui satisfacere cogan.* An autem huic refutationi agnati debeant consentire, quaeritur. Et sane ita pleriq; interpretes sentiunt, falso: quoniam licet vasallus sine agnatorum consensu nec deteriorare feudum possit, *feud. 2. tit. 8. §. 1.* nec alienare *feud. 2. tit. 55* attamen in manus domi-

**Ratio  
dub.**

¶

**Ratio  
decid.**

**Quaestio.**

domini refutare potest, quia priori casu *Refutatio* agnati habent jus *αὐτομάτως* feud. 1. titul. 5. *ratio serv-* §. 1. feud. 2. tit. 39. posteriori non habent. Nam *rentie* uti privilegiatus privilegio suo adversus quorum-  
privilegiatum non utitur, ita nec *αὐτομάτως* *damnis* adversus *αὐτομάτως* jure *αὐτομάτως*, est enim *terpre-* *αὐτομάτως* privilegium. Nec obstat feud. 2. *sum.* tit. 49. quia non loquitur de refutatione *Object.* in manus domini, sed de refutatione facta *Solut.* feudatario ab agnato, qui feudi successionē spectabat. Deinde eam esse efficacissimam docet, si omnino, id est, in rem & generaliter facta sit, licet non consentientibus alijs agnatis.

e Ratio, quoniam vasallus respectu rei obligatur. extinguita igitur re, extinguitur & *Interitus rei.* obligatio, arg. l. cum principalis de regul. jur. Extingui potest incendio, chasmate aut terræ motu, l. 15. §. 2. ff. locati. Item inundatione, l. qui universas §. item l. interdum §. quod ex naufragio ff. de acq. possess. vel calamitate belli, l. cum unus §. fin. ff. de bonis authent. *Et dende que morte.* jud. possid.

f Ratio, quoniam hoc casu ad dominum *Quibus modis* revertitur dict. tit. 13. feud. 1.

Quibus modis feudum amittatur, *feudum amitti-* certa regula aut rotunda definitione *tur certe* comprehendi non potest: sed quo *definiri* modo vasallus, quam humiliter, *non po-* quam devotè, quam benigne, quam *test.*

Regulariter ob  
culpam  
amittitur  
feudum.

Culpa  
duplex.

Vasallus  
culpam  
committit  
in do-  
minum.

fideliter erga dominum suum se de-  
beat habere, potius ex naturalibus &  
bonis curiarum consuetudinibus per-  
cipi, quam lege aut scripto declarari  
potest, *feud. 2. tit. 23. Et tit. 24. §. illud.*  
Regulariter autem amittitur ob cul-  
pam *a*, *feud. 1. tit. 21. & 22. §. fin.* quæ  
vel in committendo consistit, vel in  
omittendo. Si in committendo *b*,  
nihil refert in dominum eam vasal-  
lus commiserit, in alium, vel in se-  
met ipsum. In dominum, ut puta  
si delator ejus extiterit, *feud. 1. titulo*  
*17. feud. 2. tit. 5. 6. Et 24. §. item si*  
*delator.* Secreta manifestaverit, *d*,  
*feud. 1. tit. 17.* Sponsæ vel uxoris  
vel filię pudicitiam attentaverit, *feud.*  
*1. tit. 5. §. item si fidelis. tit. 17. Et*  
*21. §. si quis, feud. 2. tit. 24. §. rur-*  
*sus 38 vers. Et ideo Et tit. 57.* Castrum  
oppugnauerit, *feud. 1. tit. 5.* Inimi-  
cis amicitias copulaverit *f*, *feud. 2.*  
*titulo 57.* Vel morti ejus sive vitæ  
veneno *g*, vel gladio insidiatus fue-  
rit, *feud. 2. tit. 24. §. porro.* Item  
si do-

si domino impias manus ingesserit, feud. 2. titul. 24. Graves vel inhonestas injurias intulerit ibidem. Insi- diatus fuerit, feud. 1. titul. 5. feud. 2. ti- tulo. 5. §. si voluerit & titul. 57. Item si dominum assilierit, feud. 1. titul. 5. & 17. feud. 2. titul. 24. §. porro. Testimo- nium in eam dixerit h, feud. 2. titulo 33. §. fin. vel inhonestis factis atque indecentibus machinationibus of- fenderit, feud. 2. titulo 57. in alium cul- In alium pam committit, si fratrem i, nepotem vel filium occiderit, feud. 1. titulo 3. feud. 2. titulo 24. §. 3. & titulo 37. In se- Vel in se- metipsum, si inceitas atque nefarias ipsum nuptias contraxerit, feud. 2. titulo 26. Vel se ipsum interficere voluerit, dict. tit. 26.

4 Non sine culpa feud. 1. tit. 7. nam quod Vasallus leg time acquisitum semel, id sine culpa feudum auferri non debet, l. id quod ff. de regul. jur. sine cul- Ob culpam ig tur & iustam causam, feud. 1. pa non titul. 22. nec tamen simpliciter & ipso jure, amittit. Ratio. sed causa prius cognita atque ita per sen- tentiam iudicis, Geil de pace pub. lib. 2. cap. 3. nam quoties causa cognitio requiritur, toties processu & sententia opus est, l. de.

4 IURIS FEUDALIS.

unoquoque ff. de re iudicata l. observare §. ubi decretum, ff. de offic. procons.

Amit-  
tit ob  
culpam  
commis-  
sionis.  
De minū  
scilicet  
deferen-  
do.

b Prus ergo de delictis commissionis, quoniam omittis censentur graviora, Geil do pace publ. lib 2 c. 6.

Secreta  
ejus ma-  
nifestan-  
da.

c Id est accusatur, l. sacculus deferre ff. de jure fisci. Ergo qui dominum suum accusat vel defect, feudo privatatur, modò uti adjicit Obertus in dict. §. item si delator, per hujusmodi delationem grave dispendium sustinuerit.

Vxoris  
vel filia  
domini  
judi i-  
tiam at-  
tentan-  
do.

d Ratio, quoniam juramento promittit, quæ sibi commissa à domino, ea se non revelaturum, feud. 2. t. 7. revelando igitur & manifestando, præterquam quod fiat perjurus, etiam feudo privatatur, nec immerito, siquidem revelatores secretorum semper odio sunt habiti, unde Paulus scribit transfugas ad hostes, vel conciliorum renunciatores aut vivos exuri aut furca suspendi debere, l. si quis aliquid §. 1. ff. de injuriis.

Cum in  
amicis a-  
micitia  
copulan-  
da.

e Ratio, quoniam uxoris injuria maritum tangit, §. patitur Inst. de Injur. at non potest uxori major injuria inferri, quam thori & pudicitie violatio, ut quæ morti similis est, l. isti ff. quod metus causa.

f Ratio, quoniam cum inimicis domini amicitiam contrahendo suspectum se facit & præsumitur inimicus factus, l. liberi in verb. vel inimicis Cod. de inoff. test. nam cum quibus alicui amicitia est, consuetudo vel fami-

familiaritas, ijs similis censetur, *l. eum qui C. de epif. & cler.*

g Malo, quoniam & medicamenta ve- *Morti e-*  
nena sunt, & ob id Cajus monet, eum qui *jus infi-*  
venenum dicit adijcere debere, utrum de *diando.*  
malo an de bono veneno sentiat, *l. qui vene-*  
*num, ff. de verb. sig.*

h Ultra, requisitus enim à iudice & ad *Testimo-*  
testificandem vocatus, honeste se excusa- *nium cõ-*  
re debet, allegando sub amissione feudi id *tra eum*  
consuetudinibus feudalibus non permitti, *perhibõ-*  
quod si tum sub comminatione pœnæ ad *do.*  
perhibendum testimonium cogatur, reti-  
net feudum, *Alvar feud. 2. titul 24. in dict. §.*  
*item si delator.*

i Summa, quid si fratrem domini? feudum *Proprii*  
non amittit, quoniam in dominum directo *fratrem*  
non delinquit. Dices, ille qui fratrem suum *deciden-*  
interficat, multo minus delinquit in domi *do.*  
num, ergo multo minus est feudo privan- *Quaestio:*  
dus. Resp. hoc casu parricidium committi. *Ratio*  
*l. 1. ff. ad. l. Pomp. de parric. illo homicidum.* *dubit.*  
Parricidium homicidio gravius est, id quod *Ratio*  
vel ex diversitate suppliciorum constat. ho- *decid.*  
micida capite plectitur *l. 3. § pen. C. ad l. Cor.*  
*de sic.* Parricida insuitur culeo cum cane,  
gallo gallinacco, vipera & simia & in mare  
vel amnem projicitur, ut omnium elemen-  
torum usu vivus carere incipiat, & cœlum ei  
superstiti & terra mortuo auferatur, §. 4.  
*lia Inst. de pub. jud.* Equum igitur ac vana

infamis persona, quæ parricidio se polluit, in curia domini amplius versetur, non eadem feudum domino aperiri, sicut si directo in dominum deliquisset, sed in parricide proximos agnatos transferri. Idem est, si aliud quodcunque parricidij genus commiserit, *feud. 2. titulo 24. §. denique*, nec modo si occiderit fratrem, sed etiam si occidendum curaverit *feud. 2. tit. 38.* Sic qui sororem suam vitavit, privatur feudo, *Zasius part. 10. de feudi amiss. num. 29.* qui, sororem domini non item, nisi in domo domini & in capillo fuerit, *feud. 1. tit. 5. feud. 2. tit. 24. §. 1.* Diversitatis ratio eadem hic, quæ superius, quia scilicet incestus gravior est stupro.

Quate-  
nus o-  
mitten-  
do vasal-  
lus cul-  
pam cõ-  
mittat.

Omittendo, culpa ut plurimum in ipsum dominum committitur, ut puta si vasallus tribus vicibus citatus, domino fidelitatem præstare recusa-  
verit a, *feud. 2. tit. 22. §. 24. §. 1.* Ser-  
vitium denegaverit b, *feud. 2. tit. 24. §. sed non est alia tit. 40. 54. §. 55.* Vel  
viginti annis non præstiterit, *feud. 1. tit. 21. feud. 2. tit. 26. §. etsi vasallus §. licet tit. 28. §. 1. §. 37. §. fin.* Justitiam  
facere neglexerit c, *feud. 2. tit. 6. in verb. honest. tit. 24. §. 2. versic. illud 27.*

§. 2.



§ 2. Et tit. 55. in fin. & imminens pe-  
 riculum non denunciaverit *d*, feud.  
 2. tit. 7. 24. tit. 27. §. licet 28. §. ad hoc  
 Et 39. §. fin. Item si in prælio constitu-  
 tum dimiserit *e*, feud. 1. tit. 5. 17. Et  
 21. feud. 2. tit. 24 §. 2. Et tit. 28. 57. Et  
 107. Non adjuverit, feud. 2. tit. 28. 54.  
 Et tit. 55. §. firmiter. At more non libe-  
 raverit *f*, feud. 2. tit. 39. §. fin. Et  
 carceri inclusum non redemerit *g*,  
 feud. 2. tit. 24. §. illud. Item si feudum  
 fuerit inficiatus *h*, feud. 2. tit. 26. §.  
*vasallus*, Et tit. 34. §. fin. in fin. Vel in-  
 vestituram ejus mortuo domino ab  
 hærede intra annum & diem non  
 petierit *i*, feud. 2. tit. 24. Deniq; si alie-  
 naverit *k*, feud. 2. tit. 55. §. callidis, vel de-  
 terius reddiderit *l*, Zasius part. 7. n. 54.  
 His & similibus causis feudum amit-  
 titur, quibus adjungere licet justas  
 exhæredationis causas, item ingrati-  
 tudinis & repudij, quibus matrimonia  
 recte contracta solvuntur, vel dona-  
 tiones jure perfectæ, revocantur,  
 feud. tit. 24. §. predictis modis. Item alias

L. 5

*Amitti-  
 tur feu-  
 dum etiã  
 ex causis  
 justa ex-  
 hæreda-  
 tionis,  
 revocan-  
 da dona-  
 tionis,  
 repudij,  
 atque a-  
 lijs quã  
 plurimis.*

vel similes, vel graviores. Nam quia natura novas deproperat edere formas, multis modis contingere potest. ut alia emergant, quib. videatur juste feudum adimi posse. Ideoque iudex solers & discretus & æquitati obsecundare sollicitus cuncta subtiliter dispensans, provideat, si qua fuerit antiquioribus causis similis seu major: ut proinde sciat, utrum beneficium sit amittendum, an nihilominus retinendum, *feud. 2. tit. 24. §. sed quia*, dummodo & hoc non ignoret, proniores nos esse debere ad absolvendum quam ad condemnandum, *feud. 2. tit. 28.*

*Dominus itidem ex iisdem causis proprietate privatur.*

*Vasallus feudum amittit.*

*§. ad hoc.* Ad extremum & illud hoc loco observandum, sicuti vasallus, ex supra memoratis causis feudo privatur, ita ad dominum ex iisdem causis proprietate mulctatur, *feud. 2. tit. 26. §. domino*, & *tit. 47.* ut puta si sine consensu vasalli feudum in alium transtulerit, *feud. 2. tit. 55. §. præterea.* Iustitiam eidem non fecerit, *feud. 2. tit. 22.* Vel intra annum & diem inve-

investituram petentem non investie- rit culpa  
rit, gloss. in §. fin. feud. 2. tit. 3. Et simili- omisso-  
bus. nis, ut  
puta fi-

a Quo casu feudo privatur, nisi tale fit, delira-  
ut pro eo jus jurandum fidelitatis fieri non cen-  
debeat, feud. 2. tit. 24. §. 1. Interdum enim, cusando.  
quamvis fides debeat, juramentum ta-  
men fidelitatis non debetur, feud. 2. tit. 3. in  
fin. §. tit. 76.

b Quid si servire voluerit, nec tamen po-  
tuerit? sufficit voluisse, licet non servierit,  
Cujac feud. 1. tit. 20. non enim est in culpa,  
absque culpa vel dolo, feud. 2. tit. 97. nemi-  
ni feudum auferendum, feud. 1. tit. 21. Por-  
ro nulla est justior beneficij amittendi  
causa, quam hæc ipsa: nam qui servitium  
denegat, ad quod præstandum juramento  
se astrinxit, feud. 2. tit. 7. uti fidem fallit, ita  
eandem non est quod exspectet. Fallere fi-  
dem grave quidē est, l. 1. ff. de const. pec. servare  
re juri naturali conveniens, l. 1. ff. de pa-  
ctis, attamen frangenti frangenda est,  
non servanda. l. cum proponas, Cod. de trans-  
act.

c Id est, si vasallus in curia sua (potest  
enim fieri ut propriam curiam habeat) do-  
mino jus reddere noluerit: vel si electus  
inter pares judex, causæ feudali operam  
dare noluerit, vel ex bono & æquo non  
judicaverit, vel denique si feudi nomine in-

Judic

Servitium  
denegandi  
do.  
Ratio.

Iustitiam  
non fa-  
ciendo.

*Quid proprie sit justitiam non facere.*

judicium à domino juris sui experiundi causa vocatus, edictis non obtemperaverit: nam etiamsi feudi amittendi iusta alia causa non fuerit, attamen contumacia ipsius damno possessionis, & feudi plectitur. Atque hæc verior videtur verborum istorum interpretatio, authorisque sententiæ magis consentanea, cum dicat se id alio bello scripsisse, *dict. §. illud. scripsit autem prioris libelli. titul. ult. id. feud. 2. titul. 22. in fin.* ubi è contrario etiam dominum, qui justitiam facere, id est, de jure suo experiiri & in judicium venire noluerit, denominatione feudi mulctari & direptioni subijci demonstravit.

*Periculum non denunciando.*

*d* Cum sciret domino imminere: constat enim consentientem & facientem æquali pœna affici, *l. non ideo C. de accusat.*

*Ratio. Dominum in pralio deserendo.*

*e* Ratio; quoniam in eum finem feudalis vasallis dantur ut, si quando necessitas postulet, servitia militaria exhibeant: at quæ tam maxime necessitas id exigat, quando dominus in acie adversus hostem est constitutus, Ergo, &c.

*Quæstio.*

*f* Quæritur hîc, an domini vitam suam debeat anteponere, & videtur dicendum quòd sic, *l. i. ff. ad S. C. Syllanian.* ubi sub pœna capitis servi dominorum suorum custodiam præstant. Sed non recte vasalli conferuntur cum servis; sunt enim liberæ conditionis & rectius conferantur cum

liber-

libertis. *Vide Everhard. in Topicis legal.* *E carcere*

g Cum potuerit, d. §. illud. Ratio, quoniā non liber-  
carcer mala mansio dicitur, l. item apud. 15. vando.  
§. questionis 41. ff. de injurijs. & injuriam in-  
fert, d. tit. 24 §. denique, ubi Baldus, at domi-  
ni injuriam vasallus propulsare tenetur,  
feud. 2. tit. 7.

Sic & jure civili multæ passim inficia- *Feudum*  
tionis proditæ sunt pœnæ. Neganti fide infician-  
jussionem beneficium divi Adriani dene- *do.*  
gatur, l. si dubitet, 10. §. ita tamen, ff. de fide-  
jus. Propriam scripturam, exceptio non  
numeratæ pecuniæ, *authent contra Cod. de*  
*non num pec.* Neganti damnum, pœna in  
duplum infligitur, l. inde Neratius 23. §. 10 ff.  
ad l. Aquiliam, quemadmodum & in depo-  
sito tumultus, ruinæ, naufragij & incendij  
causa, l. 1. ff. depositi & legato ad pias causas  
relicto, §. fin. *Inst. de oblig. qua ex quasi contra-*  
*ctu, &c.*

i Hanc amittendi feudi causam Ober- *Investi-*  
tus de Orto primam appellat, *feud. 2. titul. turam*  
24. id est, præcipuam & principalem, quam non pe-  
vis vasallus, si justa causa excusetur, ob *tendo.*  
eandem feudum non perdat, *feud. 1. titul. Ratio*  
22. *feud. 2. titul. 97.* Justa autem causa est, *supr.*  
si quis vel valetudine vel tempestate, vel vi *cap. 9.*  
fluminis prohibitus, investituram petere *adducta*  
non potuit, *argument. l. 2. §. 3. ff. si quis cant.*  
*leg 20. ff. de procurat. leg. sape. ff. de spons.*  
vel si capitales inimicitia interyenerint,  
l. 8.

*l. 8. in fin. l. 14. § 43. in fin. ff. de procurat. vel in-  
fantia, l. 7. ff. dict. tit. vel iusta absentia, l. 9.  
l. 29. ff. eodem.*

*Alie-  
mando  
etiam.*

*k Ratio, quoniam alienando feudum,  
dominum videtur contemnere, feud. 2.  
tit. 24. §. 2. § 3. ejusque conditionem red-  
dere deteriore, feud. 2. tit. 55. Olim de  
alienatione feudi multæ & diversæ daban-  
tur sententiæ, feud. 2. titulo 9. §. 1. Nam juxta  
consuetudinem Mediolanensium poterat  
totum alienari, feud. 1. tit. 13. hanc Gerhar-  
dus irrationabilem appellat, ibidem. O-  
bertus, pravam, feud. 2. tit. 9. Alij censue-  
runt per libellum vel pignoris dationem  
posse pro parte transferri, dict. tit. 13 idque  
in privatum, non in ecclesiam. Vasallo sine  
hæredibus mortuo, ad dominum potest  
redire. Ecclesia nunquam moritur. Eccle-  
sia cultrix & auctrix justitiæ, non patitur  
contra justitiam aliquid fieri, in se vel in  
alium. Privatus sæpe obviat justitiæ, dict. tit.  
13. Hanc consuetudinem Gerhardus *d. loco*  
justum usum appellat. Obertus bonam, *d.*  
*titul. 9. §. fin.* poterat enim dominus jure  
*αὐτὴν ἄνωγας* uti intra annum, si sciebat alie-  
nationem esse factam, si ignorabat intra  
30. annos, refuso interim æquali prætio,  
*feud. 2. dict. titulo 9.* Eandem abrogavit Lo-  
tharius *dict. tit. 13.* & novam edidit, *d. tit.*  
*9.* qua constituit nullam partem feudi sine  
domini consensu alienari posse, *feu. 2. tit. 51.**

Atque

Atque hoc post Lotarium probavit Fridericus, *feud. 2. titul. 55.* non solum alienationes in futurum prohibens, uti Lotharius, sed etiam jam ante factas nullius temporis præscriptione obstante, rescindens *d. tit. 55. nullis*, hodie igitur si quis post constitutionem Lotharij, feudum sine consensu domini alienaverit, vel totum amittet, quatenus totum: vel partem, quatenus partem alienavit, *feud. 2. tit. 38.* nisi in agnatum proximum transtulerit, *feud. 2. tit. 3. §. 1. casibus* hujusmodi enim alienatio, potius refutatio est, quam alienatio. Vel nisi ea lege acceperit, ut cui dederit, feudum haberet, *alienari. feud. 2. titul. 48.* Vel denique nisi omnia bona sua, nulla feudi habita mentione alienaverit, *feud. 2. tit. 51.* Sed quid si recuperaverit alienatum? non poterit in pristinum feudi statum recidere, *feud. 2. titul. 44.* quoniam, jus per alienationem domino semel acquisitum, nova acquisitione eidem adimi non potest.

Ratio, quoniam proprietas ad eum non pertinet: nec enim nudum domini nomen retinet is, qui feudum concedit, sed etiam dominium, id est, proprietatem. Est igitur dominus cum re, non sine re, non potest autem invito domino, domini causa deterior fieri. Usufructuarius proprietatis causam deteriore facere non debet, meliorem facere potest, *l. 13. §. 4. ff. de usufr.*

Quibus  
casibus  
feudum  
possit a-  
lienari.

Atque  
deterio-  
randa.

*usufr.* Usus feudi ad vasallum tran-  
sit, *feud. 2. tit. 23.* proprietatis igitur cau-  
sam vasallus meliorem, non deteriorem  
faciet, *feud. 2. tit. 8. §. 1.* Usufructuarius,  
ob deteriorationem rei privatur usufru-  
ctu, *Authent. qui rem. C. de sacrosanct. Eccles.*  
Ergo & vasallus privabitur.

*m.* Habita interim ratione personarum:  
singer enim vasallum remotum esse, vel pro-  
pinquum, *feud. 2. tit. 28. §. 1.* Item causa-  
rum: nonnunquam enim etiam si a fide  
non nihil videatur recessisse, non tamen  
ideo feudum amittet, ut puta si perjurij  
periculo dominium non liberaverit, *feud.*  
*2. titulo 26 ff licet & tit. 29. §. fin.* vel etiam si  
quod in rem domini erat, celaverit, *dict.*  
*tit. 26. §. 3.* Nec enim omnia quæ in rem  
sunt domini indicare domino vasallus de-  
bet, sed ea tantum, quæ ad domini vitam,  
existimationem & patrimonij grandem  
jacturam spectant. *feud. 2. tit. 24. §. 2.*

*Quibus* Ratio, quoniam eadem fide dominus  
*vasallus* vasallo, qua vasallus domino, obstringitur,  
*feudo, ex* sunt enim correlativa, quorum eadem  
*ijdem* disciplina, *l. fin. C. indict. viduit.* Hinc est,  
*causis et-* quod dicatur conjux & amicus vasalli,  
*jam do-* *feud. 2. tit. 58.* Item perfidus, malefidus &  
*minus* perjurus, si fidem fallat, *feud. 2. tit. 6. in fin.*  
*proprie-* quodque ex omni feloniam, qua vasallus feu-  
*tate pri-* do, etiam proprietate privetur, *feud. 2. titul.*  
*vatur.* *26. §. domino & tit. 47.*

AD



AD QVEM AMISSVM  
feudum revertatur.

## C. A. P. XII.

**R**epetenda hoc loco superiori ca-  
pitate adducta distinctio, utrum  
scilicet ob culpam vasalli amissum  
sit feudum, vel sine culpa, id quod  
proprie extinctum appellamus. Si *Extin-*  
sine culpa, ut puta ob vitium corpo- *ctum*  
ris: tum indistincte liberis & descen- *feudum*  
dentibus cedit, si extant, *feud. 1. titul.* *ad quem*  
*6. §. mutus ubi Dd.* deficiente porro *reverta-*  
generatione, ad dominum redit *tur.*  
*Wesembec. hic cap. 16.* Si ob religio-  
nis ingressum, ut puta monachismo,  
vel clericatu: siquidem sit novum,  
ad dominum, *feud. 2. titul. 21.* si anti-  
quum, ad agnatos *b* devolvitur, *dict.*  
*tit. 21.* Quod si ob culpam, nihil in-  
terest, utrum committendo vel omit- *Amis-*  
tendo, sed utrum in dominum vel *sum*  
alium admissa sit, refert. Si in domi- *quando*  
num, ad eundem revertitur *c*, sive *que ad*  
novum sit, sive antiquum *d. feud. 2. dominus.*

M

tit. 24. §. fin. Idem est, si vasallus sine consensu domini feudum alienaverit *e sciens f feud. 2. tit. 24. §. fin. in fin.* Vel intra annum & diem investituram non petierit *g, feud. 2. tit. 55. in fin. princip.* Si in alium ut quia fratrem suum interfecerit, vel aliud grande crimen (quod parricidij appellatione continetur) commiserit, tum ad agnatos *h* transmittitur. *feud. 2. tit. 31. dummodo ad eos pertineat, feud. 2. tit. 26. §. si vasallus culpam, id est, dummodo sit paternum feud. 2. tit. 24. §. fin. Et tit. 37.*

*Vitio corporis ex-  
tinētum  
feudum  
quomodo  
ad domi-  
num red-  
eat.* *a* Ipso jure, id est, jure stricto. Ratio, quoniam mutus, surdus, cæcus, vel aliter imperfectus debito servitio non sufficit. *feud. 2. tit. 36.* Si tamen feudum fuerit paternum, quo ablato esuriturus sit, tum ei relinqui debet, unde tueri se & educere possit, quam sententiam pietatis ratio extorsit. *feud. 1. tit. 6. §. 2.* Atque hoc vult Gerhardus, quando inquit, mutum, surdum, &c.

*Extinētū  
religionis  
ingressu,  
ad eccle-  
siam.* *b* Non ad Ecclesiam, ad quam devolvuntur bona allodialia, *num. 76. Et 123 c. 38.* Ratio, quoniam qui clericus efficitur, aut votam religionis assumit, hoc ipso feudum.

dum amittit, *feud. 2. titul. 26. §. qui cleri-*  
*cus*, nec enim domino servire potest, qui  
 miles Christi effectus, *feud. 2. tit. 36.*  
 nec debet beneficium pertinere ad eum,  
 qui officium gerere nequit, *feud. 2. titul.*  
*21.* Atque hoc procedit etiam si habitum,  
 quem assumpsit denuo post posuerit, *feud.*  
*2. titul. 30.* Nec obstat, *feud. 2. titul. 40. §.*  
*fin.* quoniam loquitur de feudo, quod ini-  
 tio concessum est clerico & Ecclesiæ: nos  
 loquimur de feudo initio militi concessio,  
 atque hoc dicimus clericatu vel monachif-  
 mo amitti, nam cui datum est, is esse de-  
 sinit, & servanda est semper lex & origo  
 prima. Nec sane quod receptum sit, vasal-  
 lum alium pro se vicarium dare, qui do-  
 mino seruiat, ideo dicemus, clericatu vel  
 monachismo feudum non amitti, quia  
 feudi initium & constitutio aliud suadet,  
 & temere vasallus vicarium servitium suæ  
 operæ supponere, utique semper non po-  
 test.

*non de-*  
*volueris.*

*Object.*

*Solut.*

*c* Ratio, ut vel hanc habeat suæ injuriæ  
 ultionem, *feud. 2. tit. 24. §. fin.* ipsi enim  
 facta est injuria, ergo & pœna commissa,  
*Authent. qui rem. C. de sacrosanct. Eccles.*  
 pœna si quidem delicto commensuratur,  
*Authent. omnes, C. com. de success. cap. felicis*  
*de pœnis in 6. Geil. libr. 2. de pace publ. cap. 6.*  
*num. 2.*

*Culpa in-*  
*dominū*  
*comissa,*  
*feudum*  
*ad domi-*  
*nium re-*  
*dit.*

*d* Ratio, quoniam ab initio tacite id actū

*Sive*  
*delin-*

s sine  
 verit  
 Vel  
 uram  
 in fin.  
 n su-  
 e cri-  
 ione  
 ad a-  
 ul. 31.  
 ud 2.  
 um-  
 § fin.  
 atio,  
 aliter  
 fficit,  
 t pa-  
 am ei  
 e pos-  
 xtor-  
 char-  
 § c.  
 evol-  
 c. 38.  
 , auc  
 feur  
 dum.

quando intelligitur, & sub ea conditione feudum  
 eam va. vasallo concessum, ut si quando graviter  
 fallus cō. dominum offenderet, ad ipsum non agna-  
 miserit.. tos reverteretur, *Duar. in tract. feud. c. 17.*  
 Potest tamen dici, vivente vasallo qui in  
 dominum deliquit, ad dominum pertinere,  
*feud. 2. tit. 78.* Item donec aliquis mascu-  
 lus ex eo superest, *feud. 2. tit. 93.* quod si si-  
 ne hærede decesserit, beneficium quod pa-  
 ternum est, agnatus vel hæres ejus sine ullo  
 obstaculo & temporis præscriptione à  
 quocunque possidente vindicabit, *feud. 2.  
 tit. 83.*

Sive a-  
 lienan-  
 do.

e Ratio, quoniam feudum amissum ex  
 causa ingratitude, perfidiæ, contemptus,  
 contumaciæ regulariter ad dominum re-  
 dit, quem vasallus offendit. Dominum  
 contemnit alienando feudum, *feud. 2. tit.  
 24. §. fin. in fin.* hinc est, quod feudum alic-  
 natum dicatur ad dominum pertinere, *d.  
 §. fin.* & domino aperiri, ad quemcunque  
 pervenerit, *feud. 2. tit. 44.* & ad domi-  
 num reverti, *feud. 2. tit. 38. libere, feud.  
 2. tit. 55. in fin. princip.* & jure, *feud. 1. tit. 5.  
 §. fin.* Communiter tamen placuit, feu-  
 dum alienatum si quidem fuerit paternum,  
 ad filios vel agnatos pertinere, *Geil. libr. 2.  
 observat. 50. num. 11. Hartman. Pistor. quest.  
 17. parte 2. Zasch. parte 10. numer. 94.* Ratio-  
 ne unius delictum alijs obfit, & succeden-  
 di spem auferat ijs, qui à delinquente cau-  
 sam

sam non habent, *Zafius dict. loco*. Atq; hoc  
 etiam usu servatur, testante *Wesemb. hic cap.*  
*16.* Sed quærat hic aliquis, quomodo feudum alienatum revocetur? Resp à filijs vi-  
 vente adhuc vasallo, refuso interim pretio  
 ab agnatis post obitum ejus, nullo refuso  
 pretio revocari. Quid ita? quoniam cum  
 filij hoc sentiant commodi, ut non exspe-  
 ctata morte patris alienationem revocent,  
 rursus in eo gravantur, ut pretium red-  
 dant: agnati vero, quia mortem alienantis  
 expectare coguntur, ut qui jure successio-  
 nis vocantur, *feud. 2. titul. 11.* ideo restitutio-  
 ne pretij non sunt onerandi, nam qui in u-  
 no gravatur, eundem in altero relevari æ-  
 quum est, *l. secundum. ff. de regul. jur. vide Myn-  
 sing. cent. 4. obs. 85;*

§ Dico sciens, nam quod dicitur, feudum  
 alienatione aperiri domino, intelligendum  
 est, cum à scientibus beneficium aliena-  
 tur, *feud. 2. titul. 42.* Quod si vasallus feu-  
 dum alienaverit ignorans, non domino sed  
 ipsi vasallo restituendum est, *feud. 2. titul.*  
*26. §. si vasallus feudum.* Ignorans enim  
 est extra culpam, ignorans nihil deliquit-  
 se, nihil contraxisse, censetur, *l. 5. ff. de ob-*  
*lig & act. ignorantia paritur, non scienti,*  
*l. 29. ff. mandati.* Ignoranti emptori da-  
 tur de evictione actio, *feud. 2. titul. 8.* non  
 scienti, *l. si fundum. C. de evict. feud. 2. titul.*  
*80.* Vasallus amittit feudum quod fraudat.

lenter abnegavit, *feud. 2. tit. 34. § fin.* id est quod sciens abnegavit, *dict. §. vassallus feudum*, ignorati vero subvenitur *dict. §. subvenitur*, et dubitantes respondententi *dict. §. si*. Nec obstat, quod dubitans neget, *l. si quis instrumentum ff. ad L. Aquil.* quoniam negat inscienter, pro errante igitur & ignorante habetur, *l. ult. C. de condiot. indebitit. 2. si quis ordo in bon. poss. ser.* Ergo non proficiatore.

*Sive investituram non petendo.* **g** Ratio, quoniam hæredem domini infra legitimum tempus non ad eundo, investituram non petendo, nec fidelitatem pollicendo tanquam ingratus existens, amittit feudum *feud. 2. titulo 24.* diximus autem ex causa ingratitude, contemptus, &c. amissum feudum, domino aperiri.

*Culpa in alium comissa ad agnatos redit non ad liberos. Ratio dubit.* **h** Sive proximos, *feud. 2. tit. 24. § fin.* id est, agnatos proximiores, *feud. 2. tit. 37.* Non ad filium neque descendentes ejus, *feud. 2. tit. 26. §. si vassallus ad culpam.* filius nullatenus ad id aspirabit, *feud. 2. dict. tit. 31.* Ratio dub. quod filijs existentibus, vel ex filio nepotibus cæteri removeantur agnati, *feud. 2. tit. 11.* prima siquidem in successione causa liberorum est, *§. 1. Instit. de hered. qua ab intest.* Item quod pœna suos teneat authores, *l. sancimus. C. de pœnis*, quod noxa suum caput sequatur, *l. 1. §. si apud ff. de pos.* Et denique quod crimen vel pœna paterna nullam maculam filio infli-

infringere possit, quisque enim ex suo admisso  
forti subicitur, nec alieni criminis suc-  
cessor constituitur, *l. crimen ff. de pœnis.*  
Ratio decid. quod eadem hoc casu in libe-  
ris, quæ in crimine læsæ majestatis me-  
tuantur paterni sceleris exempla, magis  
quam in agnatis, qui non ex eo, sed ex su-  
periori parente descendunt: magni autem  
interest domini, ut vafallos habeat probos,  
indolis & stirpis bonæ, *Cujac. feud 3. titul. 2.*  
Deinde etiam nullius esse momenti priva-  
tio ejusmodi, si iterum in stirpem ejus re-  
diret, qui amississet, *wesemb.*

*Ratio de-  
cid.*

*hic cap. 16.*

Deo laus & gloria.

AUREA



117

Ante

Faint, illegible text in the main body of the page, likely bleed-through from the reverse side.



ALL

In


Ca



me  
pe  
lab  
&  
ne  
pe  
di  
fes  
fes  
Pa







AUREA BULLA  
CAROLI QUARTI  
ROMANORUM  
IMPERATORIS.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis feliciter, Amen.

*Ingræ scripta. L. L. Norimbergæ assidenti*

Carolus Quartus divina favente clementia, Romanorum Imperator, semper Augustus, Bohemia Rex, ad perpetuam rei memoriam.



MNE regnum in seipsum divisum desolabitur, nam Principes eius facti sunt socij furum, ob quod Dominus miscuit in medio eorum spiritum vertiginis, ut palpent in meridie sicut in tenebris, & candelabra eorum movit de loco suo, ut cæci sint, & duces cæcorum, & qui ambulant in tenebris, offendunt, & cæci mente, scelera perpetrant, quæ in divisionem contingunt; dic superbia, quomodo in Lucifero regnasses, si divisionem auxiliatricem nō habuisses? dic Satan invide, quomodo Adam de Paradyso ejecisses, nisi cum ab obedientia

N

*by omni by Prin  
cipibz lãtã  
sunt usq a  
caput rãb  
col. Metj  
Anno 1550.*

divisisses? de luxuria, quomodo Trojam destruxisses, nisi Helenam à viro suo divisisses? dic ira, quomodo Romanam Rempublicam destruxisses, nisi in divisione Pompejum & Julium sævientibus gladjs, ad inrestina prælia concitasses? tu quidem invidia, Christianum Imperium à Deo, ad instar sanctæ & individuæ Trinitatis, fide, spe, & charitate, virtutibus Theologicis roboratum, ejus fundamentum super Christianissimo regno foeliciter stabilitur, antiquo veneno, quod velut serpens in palmites Imperiales, & membra ejus propinquiora impio scelere vomisti, ut concussis columnis totum ædificium ruinæ subijceres, divisionem inter septem Electores Sacri Imperij, per quos (velut septem candelabra lucentia in unitate spiritus septiformis) sacrum illuminari debet Imperium, multoties posuisti.

Sane cum ex officio, quo Casarea dignitate potimur futuris divisionum, & dissensionum periculis inter Electores ipsos, de quorum numero (ut ex Bohemiæ) esse dignoscimur, ratione duplici, tam ex Imperio, quam electionis jure quo fungimur, occurrere teneamur; infra scriptas leges ad unitatem inter Electores fovendam, & electionem unanimem inducendam, ac detestandæ divisioni prædictæ, varijsque periculis ex ea sequentibus aditum præcludendæ.

duo  
rin  
Prin  
Secu  
tum  
Civi  
Maj  
infig  
tion  
nitu  
sanc  
Su  
tesin  
non  
nost  
cuno

D  
certa  
pote  
que  
lus  
pera  
cipes  
juxta  
nem  
Prin

cludendum in solemnibus curia nostra Nurnbergensi, assidentibus nobis omnibus Principibus, Electoribus Ecclesiasticis, & Secularibus, ac aliorum Principum, Comitum, Baronum, Procerum, Nobilium, & Civitatum multitudine numerosa in solio Majestatis Cæsareæ Imperialibus infulis, insignijs, & diademate, decorati deliberatione prævia, de Imperiali potestatis plenitudine edidimus, statuimus, & duximus sancendas, &c.

Sub Anno Domini Millesimo, Trecentesimo, Quinquagesimo sexto, indictione nona, quarto Idus Ianuarij, regnorum nostrorum anno decimo, Imperij verò secundo.

C A P. I.

**QUALIS ESSE DEBEAT**

*conductus Electorum & à*  
*quibus.*

*Ad § 15 de salvo conductu  
Electorum aut eorum nuncijs  
præstando agit.*

*à § 15 ad § 12 quando  
et per quem Electores ne  
caki debent ad Electionem  
novi Imperatoris.*

**D**ecernimus, & præsentis edicto Imperiali perpetuò valituro sancimus, ex certa scientia, & de Imperiali plenitudine potestatis, ut quotiescūque, & quantocumque futuris temporibus necessitas, siue casus electionis Regis Romanorum in Imperatorem promovendi emerferit, & Principes Electores ad electionem hujusmodi juxta antiquam laudabilem consuetudinem habuerint, proficisci; unusquisque Princeps Elector, si & quando super hoc

*a § 12 de Fran-  
cogarten p. 5 au-  
gere debent Ele-  
ctionis tempore  
tradit.*



fuerit requisitus, quoslibet Principes Electores suos, vel ipsorum nuncios, quos ad electionem ipsam transmiserint, per terras, territoria, & loca sua, & etiam ultra, sicut longius poterit, conducere teneatur, & eis absque dolo præstare conductum versus civitatem, in qua talis electio fuerit celebranda, & ab illa etiam redeundo; sub pœna perjurij ac perditionis (pro & illa duntaxat vice) suæ vocis, quam in electione huiusmodi fuerat habiturus: quas quidem pœnas eos, vel eum, qui in præstando memoratum conductum, rebelles seu rebellem, negligentem, seu negligentem se præbuerint, eo ipso decernimus incidisse.

Statuimus insuper, & mandamus vniuersis alijs principibus feuda, à Sacro imperio Romanorum tenentibus, quocunque nomine censeantur, nec non Comitibus, Baronibus, Militibus, Clientibus, Nobilibus & Ignobilibus, Civibus & communitatibus castrorum, civitatum & locorum Sacri Imperij uniuersis, ut eodem tempore, dum videlicet Regis Romanorum in Imperatorem promovendi electio celebranda occurrerit, vnumquemque Principem Electorem ab ipsis, vel eorum a quo conductum huiusmodi postulantem, vel ejusdem nuncios, quos ad electionem ipsam direxerit, ut præfertur per territoria sua, & alias quantum possunt remotius absque dolo, mo-

lo, modo procedenti conducant; si qui ve-  
rò huic nostræ constitutioni cōtraire præ-  
sumplerint, subscriptas ipso facto pœnas  
incurrant: Omnes quidem Principes &  
Comites, Barones, Nobiles, milites, Cli-  
entes, ac universi Nobiles contrarium fa-  
cientes, reatum perjurij, & privationem  
omnium feudorum, quæ à Sacro Romano  
Imperio, & quibuscunque alijs obtinent,  
& etiam omnium possessionum suarum  
à quocunque habitarum, incurrant; Om-  
nes quoq; cives, & communitates contra  
præmissa facere præsumentes, similiter sint  
perjuri; & nihilominus universis suis ju-  
ris, libertatibus, privilegijs, & gratijs, a sa-  
cro obtentis Imperio, sint omnino priva-  
ti, & cum personis, & bonis suis omnibus  
bannum & proscriptionem Imperialem  
incurrant, & eosdem ipso facto ex nunc,  
prout ex tunc, omni jure privamus; dein-  
ceps, cuilibet hominum auctoritate pro-  
pria, & sine iudicio, seu invocatione Ma-  
gistratus cujuslibet, impunè licebit eos in-  
vadere, nullamque pœnam propter hoc in-  
vadens, ipsos debebit ab Imperio, seu quo-  
vis alio formidare, præsertim cum contra  
Remp. ac Sacri Imperij statum ac dignita-  
tem, ac etiam contra honorem proprium,  
& salutem tantæ rei temerarij neglectores,  
tanquam rebelles inobedientes, & perfidi  
infideliter, & perversè agere convincantur.

*descriptio  
Bannij.*

decernentes insuper, & mandantes, ut omnium civitatum cives, & communia jam dictis Principibus Electoribus, & eorum cuilibet hoc poscenti, eorumque nuncijs victualia in communi pretio, atque cursu pro suis, seu nunciorum prædictorum, hominumque suorum necessitatibus, dum ad prædictam civitatem causa celebranda electionis prædictæ accesserint, & etiam dum accesserint ab eadem vendere seu vendi facere teneantur, nullam in præmissis fraudem quomodolibet adhibendo, alioquin contrarium facientes, pœnas illas volumus ipso facto incurrere, quas in præcedentibus contra cives & communitates duximus promulgandas:

2. Quisquis insuper ex Principibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Clientibus, Nobilibus seu Ignobilibus, Civibus seu Communitatibus civitatum, Principi Electori, ad electionem de Rege Romanorum celebrandam eunti, vel ab ipsa denuò redeunti, hostiles custodias tendere, seu insidias parare præsumserit, aut ipsos, vel eorum aliquem in sua, vel suorum personis, aut rebus invadere vel turbare, seu ipsorum, vel alicujus eorum nuncios antedictos, sine conductum petierint, sine etiam non duxerint exigendum, hunc unà cum universis malitiæ suæ complicibus, ipso facto supradictas pœnas decrevimus incurrisse,

Eur  
pœ  
m  
infl  
3. S  
aliqu  
& in  
ver  
qua  
rius  
st  
astr  
nis  
de u  
4. S  
ron  
bile  
aliqu  
eisd  
seu  
vel g  
om  
san  
seu  
nen  
bus  
du  
per  
tare  
dec  
5. A

currisse, ita videlicet, quod quævis persona  
pœnam incidat, sive pœnas quas juxta præ-  
missa pro qualitate personarum duximus  
infligendas.

3. Si vero aliquis Princeps Elector, cum  
aliquo suo coelectore inimicitias gereret,  
& inter eos quæcunque contentio, contro-  
versia seu dissensio verteretur, ijs nequa-  
quam obstantibus, alter alterum, vel alte-  
rius nuncios ad electionem hujusmodi de-  
stinandos præmisso modo conducere sit  
astrictus sub pœna perjurij, ac perditio-  
nis (ea vice duntaxat) suæ vocis in electio-  
ne ut superius est expressum.

4. Si qui vero alij Principes, Comites, Ba-  
rones, Milites, Clientes, Nobiles ac Igno-  
biles, cives vel communia civitatum, cum  
aliquo Principe Electore, vel pluribus ex  
eisdem adversam gererent voluntatem,  
seu quavis discordia inter ipsos ad invicem,  
vel guerra, sive dissensio verteretur, nihil-  
ominus omni contradictione, & dolo ces-  
santibus, Principi Electori, vel Principibus,  
seu ejus, vel ipsorum nuncijs ad electio-  
nem hujusmodi destinandis, & redeunti-  
bus ab eadem talem debeant præstare con-  
ductum, prout singuli pœnas jam dictas,  
per nos videlicet in se latas, voluerint evi-  
tare, quas eos qui secus fecerint, incurrisse  
decernimus eo ipso.

5. Ad præmissorum autem omnium fir-

mitatem & certitudinem amplio-rem jubemus & volumus, ut universi Principes Electores, & cæteri principes, nec non Comites, Barones, Nobiles, civitates, seu ipsarum communitates, & præmissa omnia litteris & juramentis suis firmare, & ad ea bona fide, ac sine dolo implenda efficaciter se debeant obligare; quicumque vero litteras hujusmodi dare renuerit, pœnas illas ipso facto incidat, quas pro personarum conditione, per præmissa singulis diximus infligendas.

6. Si quis autem Princeps Elector alius, vel Princeps cujuscunque conditionis, aut status feudum vel feuda, à Sacro tenens Imperio, aut Comes, Baro, vel Nobilis, seu successores talium vel hæredes, supra & infra, scriptas Imperiales nostras constitutiones & leges adimplere noluerint, aut eis contraire præsumpserint, siquidem talis Princeps, Electo extiterit, ex tunc cæteri sui coelectores à suo ipsum deinceps excludant consortio, ipseque voce electionis, & aliorum Principum Electorum loco & dignitate careat, atque jure, nec investiat de feudis, quæ à Sacro Imperio natus fuerit obtinere; alius vero Princeps, aut vir nobilis (vt præfertur) in has nostras leges committens, similiter non investiat de feudis, quæ à Sacro Imperio, vel alias obtinet à quocunque, & nihilo-  
minus



minus omnes præmissas pœnas suam concernentes personam incidat eo ipso.

7. Quamvis autem universos Principes, Comites, Barones, Nobiles, Milites, Clientes, Civitates quoque & Communitates illarum ad præstandum cuilibet Principi Electori, vel ejus nuncijs præfatum conductum (vt prædicitur) indistincte volumus, & decernimus obligari; nihilominus eorum cuilibet singulares conductus & conductores, pro regionum & locorum adjacentia, cuilibet magis aptos duximus designandos, ut statim per sequentia plenius apparebit.

8. Primo namque Regem Bohemiæ, Sacri Imperij Archipincernam, conducent Archiepiscopus Moguntinus, Bambergensis, & Herbipolensis Episcopi; Burggravij Nurenbergenses, item illi de Hoenloe, & Wertheim, de Bruneck, & de Hanau item civitates Nurnburg, Rotenburg, & Windesheim.

9. Deinde Archiepiscopum Coloniensem, Sacri Imperij per Italiam Archicancellarium, conducent & conducere tenebuntur Moguntinensis, & Treverensis Archiepiscopi; Comes Palatinus Rheni, Landgravius Hassiæ; item de Katzenellenbogen, de Nassau, de Dietz, Comites; item de Isenburg, de Westerburg, de Runckel, de Limpurg & Falckensteyn; item

152      AUREA BULLA

civitates Werzlar, Geylhausen & Fridberg.  
10. Item Archiepiscopatum Treverensem,  
Sacri Imperij per Galliam, & regnum Arc-  
latense Archicancellarium, conducent  
Archiepiscopus Moguntinensis, Comes,  
Palatinus Rheni, item de Spanheim, &  
Feldentz, Comites; item Rugraven, Wil-  
degraven, de Nassau, de Isenburg, &  
Westenburg, de Runckel, de Limburg,  
& Dietz, de Katzenellenbogen, de Epen-  
steyn, de Falckensteyn, item civitas Mo-  
guntinensis.

11. Deinde Comitem Palatini Rheni, Sa-  
cri Imperij Archidapiferum, conducere  
debebit Archiepiscopus Moguntinensis.

Ducum vero Saxoniae, Sacri Imperij  
Archimarescicum, tenebitur conducere  
Rex Bohemiae, Moguntin. & Magde-  
burgensis Archiepiscopi; item Bambur-  
gensis, & Herbipolensis Episcopi; Marchio  
Misnensis, Landgravius Hassiae, item Ful-  
densis, & Hersfeldensis Abbates; Burg-  
graviij Nurenbergenses, item illi de Hohē-  
loch, de Wertheim, de Bruneck, de  
Hanau, de Falckensteyn, item civitates  
Erfordia, Mülhausen, Nurenberg, Roten-  
burg, & Windesheim.

12. Et hi omnes proxime nominati, Mar-  
chionem Brandenburgensem, Sacri Impe-  
rij Archicamerarium, similiter conducere  
tenebuntur.

Volu-

13 Volumus autem & expresse statuimus, ut unusquisque Princeps Elector, qui talem voluerit habere conductum, his à quibus ipsum postulare decreverit, hoc ipsum adeo tempestive, viamque qua fuerit transiurus, insinuet, & talem conductum exposcat, ut illi, qui ad conductum hujusmodi impendendum deputati, & qui fuerint requisiti, ad hoc oportune se valeant, & commodè præparare.

14 Præmissas verò constitutiones, circa materiam conductus editas, ita sane debere intelligi declaramus, ut unusquisque superior nominatus, vel forsan non expressis, à quo in casu præmisso conductum requiri contigerit, ad præstandum ipsum per suas duntaxat terras & territoria, ac etiam ultra, quanto potest remotius, absque dolo, sub pœnis contentis superius, est astrictus.

15 Præterea statuimus & ordinamus, ut Archiepiscopus Moguntinensis qui fuerit pro tempore, singulis Principibus Coelectoribus suis Ecclesiasticis, & Secularibus, electionem eandem per suos nuncios patentibus debeat litteris intimare, in quibus quidem litteris talis dies & terminus exprimat, infra quem eadem litteræ ad singulos eisdem Principes verisimiliter possint pervenire.

16 Hujusmodi verò litteræ continebant,  
ut

ut à die in literis ipsiſ expressa, infra tres menses continuos, omnes & singuli Principes Electores, Franckfort; super Mogannum constituti esse debeant, vel suos Legales ad eundem terminum, atque locum nuncios destinare, cum plena & omnimoda potestate, suisque patentibus literis, majori cujuslibet sigillo eorum signatis, ad eligendum Romanorum Regem in Cæsarem promovendum.

17 Qualiter autem, & sub qua forma tales litteræ confici debeant, & quæ in eis solemnitas debeat immutabiliter observari, & in qua forma & modo Principes Electores nuncios suos ad electionem hujusmodi destinandos, ad potestatem, mandatum, seu procuratoria ordinare debuerint, ad finem præsentis libri scriptum invenitur clarius, & expressum; & eandem formam illic traditam, mandamus, & de Imperialis potestatis plenitudine usquequaque decernimus observari.

18 Cum autem ad hoc perventum fuerit, quod de Imperatoris, vel Regis Romanorum obitu in diœcesi Moguntinensi constiterit, extunc infra unum mensem à die noticiæ obitus hujusmodi continue numerandum, singulis Principibus Electoribus obitum ipsum & intimationem, de quibus præmittitur per Archiepiscopum Moguntinensem jubemus, & decernimus,  
suis

fuis patentibus literis declarari; quod si idem Archiepiscopus in executione, & intimatione huiusmodi negligens, aut remissus fortasse existeret, extunc ijdem Principes modo proprio etiam non vocati pro fidei suæ virtute (qua sacrum prosequi tenentur Imperium) post hæc infra tres menses sicut in constitutione supra proxime posita continetur, in civitate Franckfort sæpe dicta conveniant, electuri Regem Romanorum in Cæsarem promovendum.

1<sup>a</sup> Debet autem unusquisque Princeps Elector, vel sui nunciij prædictam civitatem Franckfort cum ducentis equitibus tantummodo præfatæ electionis tempore introire, in quorum numero quinquaginta tantum armatos, vel pauciores introducere secum poterit, sed non plures.

2<sup>a</sup> Princeps verò Elector, ad Electionem huiusmodi vocatus & requisitus, & ad ipsam non veniens, vel Legales nuncios cum literis patentibus, sigillo suo majori sigillatis, plenamque & liberam, ac omnimodam potestatem continentibus, ad eligendum Romanorum Regem, futurum Imperatorem non dirigens, aut veniens, aut huiusmodi nuncios fortasse transmittens, si postea Princeps ipse, aut prædicti nunciij; à prædicto electionis loco recederent, Rege Romanorum futuro Cæsare non electo,

cto, nec ad præmissa procuratore legitimo substituto, solemniter & relicta electionis voce, seu jure quod in eadem electione habuit, & tali modo deseruit, careat ea vice.

Injungimus autem civibus de Franckfort & mandamus, ut ipsi universos Principes Electores in genere, & quemlibet eorum in specie, ab invasione alterius, si quid inter eos ad veritatis emergeret, & etiam ab omni homine, cum omnibus eorum hominibus, quos ipsi, & eorum quilibet in præfato ducentorum suorum equorum numero, ad præfatam duxerint civitatem, in virtute juramenti, quod super hoc ipsos ad sancta præstare statuimus Evangelia, fidei studio & solerti diligentia protegant, & defendant; alioquin perjurij reatum incurrant, & nihilominus omnia jura sua, libertates, privilegia, gratias & indulta, quæ à sacro obtinere noscuntur Imperio, omnino amittant; bannum quoque Imperiale eum personis, & bonis suis omnibus incidant eo ipso; & liceat ex tunc omni homini auctoritate propria, ac sine judicio civis eisdem, quos eo casu ex nunc, prout ex tunc omni jure privamus, tanquam proditores infideles, & rebelles Imperij impune invadere, ita quod invadentes hujusmodi poenam, quamcunq; à Sacro Imperio, vel quovis alio nequaquam debeant formidare.

Cives

22 Cives insuper antedicti de Franckfort, per omne tempus illud, quo super electione sæpe dicta tractari, & agi contigerit, neminem præfatam civitatem cujuscunque dignitatis, conditionis, vel status extiterit, introruant; vel intrare quovis modo permittant; Principibus Electoribus, vel eorum nuncijs, & Procuratoribus antedictis duntaxat exceptis, quorum quilibet cum ducentis equis debebit (vt prædicitur) introruant.

*Hac observat  
tum fuit ad  
1579 nam cum  
Francisq.  
Galliarum Reg.*

23 Si vero post ipsorum Principum Electorum introitum, seu in ipsorum præsentia, in præfata civitate aliquem reperiri contigerit, illius exitum cives ipsi debebunt absque mora, & cum effectu protinus ordinare, sub omnibus pœnis contra ipsos superius promulgatis, & etiam in virtute juramenti, quod cives ipsi de Franckfort super eo virtute præsentis constitutionis præstare debebunt ad sancta Dei Evangelia, vt in præcedentibus est expressum.

CAP. II.

DE ELECTIONE ROMANI

Regis.

Postquam autem sæpe dicti Electores seu nunciij, civitatem Franckfort ingressi fuerint, statim subsequenti diluculo in Ecclesia Sancti Bartholomæi Apostoli, ibi-

*In templo Bartholo.  
m. 1. Missæ can.  
tate ad Spr. S.  
2. Hymnen  
tum præsta  
tum ab Electo.  
3. Ad  
dem electionem  
pergunt. 4. Ele  
ctus omnia jura  
privilegia etc. gfi  
mat.*

dem in omnium ipsorum praesentia Missam de sancto Spiritu faciant decantari, ad finem, ut ipse sanctus Spiritus corda ipsorum illustret, & eorum sensibus lumen suae virtutis infundat, quatenus ipsi suo suffulti praesidio, hominem iustum bonum, & utilem eligere valeant in Regem Romanorum, futurum Caesarem, ac pro salute populi Christiani expedientem.

1. Peracta quoque Missa huiusmodi, omnes illi Electores, seu nuncij accedent ad altare, in quo Missa eadem extitit celebrata, ubi Principes Electores Ecclesiastici coram Evangelio Beati Joannis: In principio erat verbum, quod illic ante ipsos poni debet, manus suas pectori cum reverentia superponant: Seculares vero Principes Electores, dictum Evangelium corporaliter manibus suis tangant; qui omnes cum tota sua familia tunc ibi debebunt inermes assistere: Archiepiscopus Moguntinensis formam iuramenti eis dabit, & una cum ipsis & ipsi, vel absentium nuncij una cum eo iuramentum praestabunt, vulgari-ter in hunc modum.

2. Ego M. Archiepiscopus Moguntinensis, Sacri Imperij per Germaniam Archicancellarius, ac Princeps Elector, juro ad haec sancta Dei Evangelia hic praesentialiter coram me posita, quod ego per fidem, qua ego Deo, & Sacro Romano Imperio sum  
astri-



astriatus, secundum omnem discretionem & intellectum meum, cum Dei adiutorio eligere volo temporale caput populo Christiano, id est, Regem Romanorum in Cæsarem promovendum, qui ad hoc existat idoneus, in quantum discretio, & sensus mei me dirigunt, & secundum fidem prædictâ, vocemque meam, & votum, seu electionem præfatam, dabo absque omni pacto, stipendio, precio, seu promisso, vel quocunq; modo talia valeant appellari, sic me Deus adjuvet, & omnes sancti.

3 Præstito denique per electores seu nuncios in forma, & modo prædictis hujusmodi juramento, ad electionem procedant, nec à modo de jam dicta civitate Franckfort separentur, nisi prius major pars ipsorum temporale caput mundo elegerit, seu populo Christiano Regem videlicet Romanorum in Cæsarem promovendum.

4 Quod si facere distulerint infra triginta dies, à die præstiti juramenti præfati continue numerandos, ex tunc transactis eisdem triginta diebus à modo panem manducent & aquam, & nullatenus civitatem exeant antedictam, nisi prius per ipsos, vel majorem partem ipsorum, rector seu temporale caput fidelium electum fuerit ut præfertur.

5 Postquam autem in eodem loco ipsi,

○

vel pars eorum major numero elegerit, talis electio perinde haberi & reputari debet, ac si forte ab ipsis omnibus nemine discrepante concorditer celebrata.

6. Sique per tempus aliquod morari, abesse, & tardare contingeret aliquem de Electoribus, seu nuncijs antedictis, dum tamen veniret antequam prædicta esset electio celebrata, hunc ad electionem, istam, in eo statu admitti debere decernimus, in quo ipsa adventus sui tempore consistebat.

7. Et quia de antiqua, approbata, & laudabili consuetudine, tam inconvulsa, quam immutabiliter semper extitit hætenus observatum, ideoque & nos constituimus, & de electione Imperiali decernimus plenitudine potestatis, quod is qui modo præmissis in regem Romanorum electus fuerit, peracta statim electione hujusmodi, priusquam in aliquibus causis alijs, sive negotijs vitæ Sacri Imperij administret, universis & singulis Principibus Electoribus Ecclesiasticis, & Secularibus, qui propinquiora Sacri Imperii membra esse no- scuntur, omnia ipsorum privilegia, litteras jura, libertates, cõcessiones, antiquas consuetudines, & etiam dignitates, & quicquid ipsi ab Imperio usque in diem electionis suæ obtinnerunt & possederunt, absq; dilatione & contradictione confirmare & appro-

*Capitulatio  
nis descriptio.*

CAROLI IV. IMPER. 188

approbare debeat, per suas literas & sigilla; ipsiq; præmissa omnia innovare, postquam Imperialibus infulis fuerit coronatus.

8. Confirmationem autem hujusmodi, electus ipse cuilibet Principi Electori in specie, primo, suo regali nomine faciet, & deinde sub Imperiali titulo innovabit; & in his ipsos Principes omnes in genere, & quemlibet eorum in specie nullatenus impedire, sed potius absque dolo gratiose tenebitur *generose* promovere.

9. In casu denique quo tres Principes Electores, præsentis seu absentium nuncij, quartum ex se, seu eorum consortio, videlicet, Principem Electorem præsentem, vel absentem in Regem Romanorum elegerint, vocem illius electi, si præsens ad fuerit, aut nunciorum ipsius, si eum abesse contigerit, plenum vigorem habere, & eligentium augere numerum, partemque majorem decernimus constituere ad instar cæterorum Principum Electorum.

DE SESSIONE TREVI-  
virensis Coloniensis. & Moguntini  
Archiepiscoporum.

In nomine sanctæ & indiuiduæ Tri-  
nitatis feliciter, Amen.

Carolus Quartus divina favente clementia  
Romanorum Imperator, semper Augustus, &  
Bohemia Rex, ad perpetuam rei memoriam.

*Trevirensis in linea Diagonalis*

*versus impe-  
ratoris eccle-  
siam facien-*

*Moguntinam  
in suo ter-  
ritorio et ca-*

*cellariatu*

*ad dextram*

*Imp.*

*Coloni. ad  
dextram in*

*suis autem  
territoriis  
cancellari-*

*atu ad dexte-*

*ram Mogun-*

*tinam ad  
dextram*

*Arva.*

ECOR, & gloria Sacrosancti  
Romani Imperij, & honor  
Cæsareus, & Reipublicæ gra-  
ta compendia venerabilium &  
illustrium Principum Electorum concor-  
di voluntate foventur, qui velut colum-  
næ proceres sacrum ædificium circum-  
spectæ prudentiæ solerti pietate susten-  
tant, quorum præsidio dextra Imperia-  
lis potentia roboratur, & quando mu-  
tui favoris ampliori benignitate stringun-  
tur, tanto uberius pacis, & tranquillita-  
tis commoda feliciter profluunt populo  
Christiano; ut igitur inter venerabiles Mo-  
guntinensem, Coloniensem, necnon Tre-  
verensem Archiepiscopos, Sacri Imperij  
Principes Electores, omnium litium, & su-  
spicionum mala, quem & qui de priorita-  
te, seu

te, seu dignitate sessionum suarum in cu-  
 rijs Imperialibus, & Regalibus suboriri va-  
 lerent in posterum, perpetuis in antea tem-  
 poribus amputentur, & ipsi in cordis &  
 animorum quieta conditione manentes,  
 & de oportunitatibus Sacri Imperij con-  
 cordi favore, & virtuosa dilectionis studio  
 convenientius meditari valeant, pro con-  
 solatione populi Christiani habita deli-  
 beratione cum omnibus Principibus Ele-  
 ctoribus, tam Ecclesiasticis, quam Secula-  
 ribus, & de ipsorum consilio decernimus,  
 & de Imperiali potestatis plenitudine hæc  
 edictali legi perpetuo valitura sancimus,  
 quod supradicti venerabiles Archiepisco-  
 pi, Treverensis videlicet, ex opposito & li-  
 neari directione vers<sup>o</sup> Imperatoris faciem;  
 Moguntinensis vero in suis diocesi & pro-  
 vincia, & extra provinciam suam in toto  
 Archicancellariatu suo Germanico, pro-  
 vincia Coloniensi duntaxat excepta; &  
 demum Coloniensis in suis diocesi & pro-  
 vincia, & extra provinciam suam in tota  
 Italia & Gallia, in dextero latere Romano-  
 rum Cæsaris sedere possint, valeant, & de-  
 beant, in omnibus publicis actib. Imperia-  
 libus, puta, judicijs, collationibus feudorū,  
 & in refectionibus mensarū, ac etiam in  
 concilijs, & in omnibus alijs agendis, pro-  
 pter quæ contingit seu contingeret eos pro  
 honore, seu utilitate Imperiali tractandis;

*Trier**Mantz**Sollay*

mutuo convenire; & hunc modum sessionis sub omni eo ordine, sicut expressatur superius, ad prædictorum Coloniensis, Treverensis, & Moguntinensis Archiepiscoporum successores, perpetuo extendi volumus, ut nullo unquam tempore super his quævis dubietas generetur.

CAP. IV.

DE PRINCIPIBVS ELECTO-

*Rex Bohemil post Moguntia, nunc a dextro latere, hinc sequitur Comes Palat. Rheni.*  
ribus in communi.

*A. Sinistropo. Mogunt. vel Colon. Vix Saxon. post. March. Dux.*  
**S**tatuimus insuper, ut quotiescunq; Imperiali curiam ex nunc in antea celebrari contigerit, in qualibet sessione, videlicet, tam in consilio, quam in curia, quam in mensa, & locis alijs quibuscunque, ubi Imperatorem, vel Regem Romanorum cum Principibus Electoribus sedere contigerit, a dextero latere Imperatoris vel Regis Romanorum immediate post Archiepiscopum Moguntinensem, vel Coloniensem, illum videlicet quem tunc temporis pro qualitate locorum, & varietate provinciarum juxta privilegij sui tenorem dicto lateri dextro Imperatoris assidere contigerit. Rex Bohemiarum (cum sit Princeps coronatus & unctus) primum; & post eum continuo Comes Palatinus Rheni, secundum sedendi locum debet obtinere, ad sinistram vero partem immediate post illum,

*Mogunt. quo cat Electores extirpato imp. eorum, vel colligit. Prino. Trever. & Coln. 3. Trever. & Pal. 5. Sax. 6. Moguntin. 7. Brund. 8. Moguntin. 9. Brund. 10. a. quam lazar. des maribg in. pen. ponti. eit. Polum. Bobens, Ci. bim Pal. Saxo officium mere schalli fugit.*

in  
la  
lo  
B  
S  
tu  
co  
fe  
pe  
fo  
&  
ni  
se  
de  
ha  
3  
re  
co  
ha  
en  
ne  
mu  
à  
cos  
me  
mi  
xor  
si  
din

illum, quem ex prædictis Archiepiscopis in latere sinistro sedere contigerit, primam locum dux Saxoniz, & post eum Marchio Brandenburgensis alterum obtinebit.

1. Cæterum, quotiens & quando deinceps Sacrum vacare contingeret Imperium, ex tunc Moguntinensis Archiepiscopus potestatem habebit (sicut potestatem habuisse dignoscitur ab antiquo) cæteros Principes ante dictos, suos in dicta electione confortes, literatorie convocandi.

2. Quibus omnibus, seu his qui potuerint, & voluerint interesse, in electionis terminis invicem congregatis, dictus Archiepiscopus Moguntinensis, & non alter eorundem electorum suorum vota singulariter habebit inquirere, ordine subsequenti.

3. Primo quidem interrogabit à Treverensi Archiepiscopo, cui primam vocem competere declaramus, sicut invenimus hætenus competisse; secundo, à Coloniensi Archiepiscopo, cui competit dignitas, nec non officium Romanorum Regi primum diadema regium imponendi; tertio, à Rege Bohemiz, qui inter Electores Laicos ex Regiz dignitatis fastigio jure, & merito obtinebit primatum; quarto, à Comite Palatino Rheni; quinto, à Duce Saxoniz; sexto, à Marchione Brandenburgensi; horum omnium vota præmissio jam ordine dictus Archiepiscopus Moguntinensis

sis perquiret, quo facto, dicti Principes sui consortes ipsum vice versa requirant, ut & ipse intentionem suam exprimat, & ipsis aperiat votum suum.

Præterea, in celebratione Imperialis curiæ, Marchio Brandenburgensis aquam lavandis Imperatoris, vel Regis Romanorum manibus ministrabit; primum verò potum Rex Bohemiæ, quem tamen sub regali corona juxta privilegiorum regni sui continentiam, nisi libera voluntate voluerit, non tenebitur ministrare, Comes etiam Palatinus Rheni cibum afferre tenebitur; Dux Saxonie Marschalcatus officium exercebit, ut solitum est fieri ab antiquo.

CAP. V.

DE IVRE COMITIS PALATINI RHENI, & etiam Saxonie Ducis.

Quotiens insuper (ut præmittitur) Sacrum vacare contingeret Imperium, illustri Comes Palatinus Rheni, Sacri Imperij Archidapifer, ad manus futuri Regis Romanorum in partibus Rheni, & Sueviæ, & in jure Franeonio ratione principatus, seu comitatus Palatini privilegio, esse debet provisor ipsius imperij, eum potestate, judicia exercendi, & ad beneficia Ecclesiastica præsentandi, recolligendi reditus.



tus & proventus, & investiendi de feudis, juramenta fidelitatis, vice & nomine Sacri Imperij recipiendi; quæ tamen per Regem Romanorum postea electum, suo tempore omnia innovari, & de novo sibi ipsa juramenta præstari debebunt; feudis Principum duntaxat exceptis, & illis quæ non Lehen vulgariter appellantur, quorum investituram, & collationem soli Imperatori, vel Regi Romanorum specialiter reservamus; ipse tamen Comes Palatinus omne genus alienationis, seu obligationis rerum Imperialium, hujusmodi provisionis tempore expresse sibi noverit interdictum.

*fabula  
Hoy*

1. Eodem jure provisionis, Illustrrem Ducem Saxonie Sacri Imperij Archimarscalcum frui volumus, in illis locis, ubi Saxonica jura servantur, sub omnibus modis & conditionibus, sicut superius est expressum.

2. Et quamvis Imperator, sive Rex Romanorum super causis, pro quibus impetitus fuerit, habeat (sicut ex consuetudine introductum dicitur) coram Comite Palatino Rheni Sacri Imperij Archidapifero Electore Principe respondere, illud tamen judicium Comes ipse Palatinus non alibi præterquam in Imperiali curia, ubi Imperator, seu Romanorum Rex præsens extiterit, poterit exercere.

## CAP. VI.

DE COMPARATIONE PRINCIPUM  
*Electorum ad alios principes  
communes.*

**D**ecernimus ut in celebratione Imperialis curiæ quotiescunque illam deinceps perpetuo celebrari contigerit, antedicti Principes Electores Ecclesiastici, & Seculares, juxta præscriptum ordinem atque modum à dextris, & sinistris immutabiliter teneant loca sua, eisq; vel eorum alicui in quibuscunque actibus ad curiam ipsam spectantibus, eundo, sedendo, vel stando, nullus Princeps alius, cujuscunque status, dignitatis, præminentia, vel conditionis existat, ullatenus præferatur; eo signanter expresso, quod nominatim Rex Bohemiæ in celebratione curiarum hujusmodi in omnibus & singulis actibus antedictis quemcunque Regem alium, quacunque etiam singulari dignitatis prerogativa fulgentem, quem quovis casu venire, vel adesse forte contingeret,

immutabiliter antecederet.

CAP.

DE SVCCESIONE PRIN-  
cipum Electorum.

In nomine sanctæ & individuae Tri-  
nitatis feliciter, Amen.

*Carolus Quartus divina favente clementia,  
Romanorum Imperator, semper Augustus,  
& Bohemia Rex, ad perpetuam rei memo-  
riam.*

**N**TER sollicitudines illas in-  
numeras quibus pro felici sta-  
tu Sacri Imperij cui auctore  
Domino feliciter præsidemus  
cor nostrum quotidie fatigatur, ad hoc  
præcipue meditatio nostra dirigitur, qua-  
liter desiderata, & salubris semper unio in-  
ter sacri imperij principes Electores jugi-  
ter vigeat, & eorum corda in sinceræ cha-  
ritatis concordia conserventur, quorū pro-  
vidētia suo tempore orbi fluctuandi, tanto  
celerius, tantoq; facilius subvenietur, quā-  
tò inter eos nullus error surreplerit, & pu-  
rior fuerit charitas custodita, obscuritate  
succisa, & jure cujuslibet dilucide declara-  
to, sane generaliter longe lateque est pu-  
blicum, & quasi per totum orbem notoriū  
& manifestum, Illustres, Regem Bohemiæ,  
nec non Comitem Palatinum Rheni, Ducē  
Saxoniae, & Marchionē Brandenburgensem

virtute regni, & Principatuū suorum in electione Regis Romanorum in Cæsarem Promovendi cum cæteris Principibus Ecclesiasticis suis coelectoribus, jus, vocem, & locum habere, & una cum ipsis censerī, & esse veros & legitimos Sacri Imperij Principes Electores.

1. Ne inter eorundem Principum secularium Electorum filios super jure, voce, & potestate præfata futuris temporibus scandalorum, & dissensionum possit materia suscitari, & sic bonum commune periculosis dilationibus impediri futuris, auctore Deo cupientes periculis salubriter obvare.

2. Statuimus & Imperiali auctoritate præfenti lege perpetuis temporibus valitura decernimus, ut postquam iidem Principes Electores Seculares, & eorum quilibet esse defierint, jus, vox, & potestas electionis hujusmodi ad filium suum primogenitum, legitimum, laicum; illo verò non existente, ad ejusdem primogeniti primogenitum, similiter laicum, libere & sine contradictione cujuscumque devolvatur.

3. Si verò primogenitus huiusmodi absque heredibus masculis, legitimis, laicis, ab hac luce migraret, virtute præfentis Imperialis edicti, jus, vox, & potestas electionis prædictæ, ad seniore[m] fratrem laicum per veram paternam lineam descendentem, & deinceps ad illius primogenitum laicum devolvatur.

Et

† Et talis successio in primogenitis, & hæredibus Principum eorundem, in jure, voce, & potestate præmissis, perpetuis temporibus observetur.

§ Ea tamen conditione & modo, ut si Principem Electorem, seu ejus primogenitum, aut filium seniore[m] laicum mori, & hæredes masculos, & legitimos, laicos, defectum ætatis patientes, relinquere contingerit, tunc frater senior ejusdem primogeniti, tutor eorum, & administrator existat, donec senior ex eis legitimam ætatem attigerit, quam in Principe Electore xviii. annos completos censeri volumus, & statuimus perpetuo haberi; quam dum attigerit, jus, vocem, & potestatem, & omnia ab ipsis dependentia, tutor ipse sibi totaliter cū officio teneatur protinus assignare.

¶ Si vero aliquem ex hujusmodi principibus eorum Imperio Sacro vacare contingeret, tunc Imperator, seu Rex Romanorum qui pro tempore fuerit, de ipso providere debebit & poterit, tanquam de re ad se, & Imperium legitime devoluta.

7 Salvis tamen semper privilegijs, juribus, & consuetudinibus regni nostri Bohemiarum super electione Regis in casu vacationis per regnicolas, qui jus habent eligendi Regem Bohemiarum faciendi juxta contentiam eorundem privilegiorum & observatam consuetudinem diuturnam à

divis Romanorum Imperatoribus, sive Regibus obtentorum, quibus ex hujusmodi sanctione Imperiali in nullo præjudicare volumus; imo, ipsa decernimus nunc & perpetuis futuris temporibus in omni suo tenore, & forma indubiam tenere roboris firmitatem.

### C A P. VIII

#### DE REGIS BOHEMIÆ REGNI *colarum eius immunitate.*

*falsche*  
**C**UM per divos Romanorum Imperatores, & Reges prædecessores nostros, illustribus Bohemiæ Regibus & prædecessoribus nostris, nec non regno Bohemiæ, ejusdem regni coronæ, olim concessum sit in regno eodem, à tempore cujus contrarij hodie non existit memoria, consuetudine laudabili, inconvulse servata, diuturnitate temporum, & præscripta moribus veterum, sine contractionis, aut interruptionis obstaculo introductum, quòd nullus Princeps, Baro, Nobilis, Miles, Client, Civis, Burgensis, seu rusticus, nulla denique persona ejusdem regni, & pertinentiarum ejusdem ubicunque existentium, cujuscunque status, dignitatis præeminentiæ, vel conditionis existat, ad cujuscunque actoris instantiam, extra regnum ipsum ad quodcunque tribunal, seu alterius, præterquam  
 Regis

Regis Bohemiæ, & regalis curiæ suæ iudicium citare poterint, siue trahi, nec vocari debeat perpetuis in antea temporibus, siue possit; ideo privilegium, consuetudinem, & indultum huiusmodi, auctoritate Imperiali, & de Imperiali potestatis plenitudine ex certa scientia innovantes, & etiam confirmantes, hac præsentis nostræ constitutione Imperiali perpetuis temporibus valitura statuimus, ut si contra privilegium consuetudinem, vel indultum præfatum quispiam prædictorum, puta, Princeps, Baro, Nobilis, Miles, Client, Civis, Burgensis, seu Rusticus, aut alia quæcunque persona præmissa, ad quodcunque tribunal extra regnum prædictum Bohemiæ, in quacunque causa, criminali, civili, vel mixta, seu super quocunque negotio citatus fuerit quocunque tempore, vel citatus comparere, vel in iudicio respondere minime teneatur; & quod si adversus huiusmodi non comparentes, vel non comparentem, à quocunque Iudice, cujuscunque auctoritatis existat, extra regnum ipsum Bohemiæ constituto, judicialiter procedi, processus fieri, seu sententias interlocutorias, vel definitivas, unam vel plures, in quibuscunque prænominatis causis siue negotijs quovis modo fieri, vel promulgari cõtingeret, auctoritate præmissa, de plenitudine insuper antedictæ imperatoris potestatis, citationes, præcepta, processus,

& sententias huiusmodi, nec non executiones, & omnia quæ ex eis, vel aliquo ipsorum quomodolibet sequi attentari possent, vel fieri, ~~irritamus penitus & cassamus.~~

¶ Adijcientes expresse, & edicto Imperiali perpetuo valituro, eadem auctoritate, & de præmissæ potestatis plenitudine decernentes, ut quemadmodum in prædicto regno Bohemiæ, a tempore cujus contrarij non habetur memoria jugiter observatum extitit, ita nulli prorsus Principi, Baroni, Nobili, Militi, Clienti, Civi, Burgensi, seu Rustico, nulli demum personæ, seu incolæ regni Bohemiæ sæpe dicti, cujuscunque status, præminentia, dignitatis, vel conditionis existat, vel extiterit, à quibuscunque processibus, sententijs interlocutorijs vel diffinitivis, sive præceptis Regis Bohemiæ, aut quorumlibet suorum judicum, nec non executionibus eorundem contra se in regali judicio, seu coram Regis regni, seu prædictorum Judicum tribunalibus factis, aut latis habitis, vel ferendis in antea, seu fiendis, liceat ad quodcunque aliud iudicium appellare; provocationes quoque seu appellationes huiusmodi, si quas contra hoc interponi contigerit, eo ipso viribus non subsistant, & appellantes ipsi ~~poenam perditionis causarum ipso facto senoverint incurrisse.~~



## CAP. IX.

## DE AURI, ARGENTI, ET ALIARUM SPECIERUM MINERIS.

PRÆSENTI constitutione in perpetuum  
 valitura statuimus, & de certa scientia  
 declaramus, quod successores nostri Bohem-  
 iæ Reges, nec non universi; & singuli Prin-  
 cipes Electores Ecclesiastici, & Seculares,  
 qui perpetuo fuerint, universas auri & ar-  
 genti fodinas, atque mineras stanni, cupri,  
 ferri, plumbi, & alterius cujuscunque ge-  
 neris metalli, ac etiam salis, tam inventas  
 quam inveniendas in posterum, quibuscunq;  
 temporibus in regno prædicto, ac terris &  
 pertinentijs eidem regno subjectis, nec  
 non supradicti Principes in principatibus,  
 terris dominijs, & pertinentijs suis, tenere  
 juste possint & legitime possidere, cum  
 omnibus juribus (nullo prorsus excepto)  
 pro ut possunt, seu consueverunt talia pos-  
 sideri; nec Judæos habere telonia, in præte-  
 rito statuta & indulta percipere; quodque  
 progenitores nostri (Reges Bohemiarum fer-  
 me) ipsiq; Principes Electores, ac progeni-  
 tores, & prædecessores eorum legitime  
 poterunt, usque in præsens, sicut hoc anti-  
 qua, laudabili, & approbata consuetudine,  
 diuturnique ac longissimi temporis  
 cursu præscripto noscitur  
 observatum.

P s

**S**Tatuimus præterea, ut Regi Bohemiarum  
 Successori nostro, qui fuerit pro tempo-  
 re, sicut constat ab antiquo Illustribus Bo-  
 hemiarum Regibus nostris prædecessoribus li-  
 cuisse, & in possessione pacifica, continua  
 ipsos fuisse juris subsequenti, videlicet,  
 monetas auri, & argenti, in omni loco, &  
 parte regni sui, & subjectarum sibi terra-  
 rum, & pertinentiarum omnium, ubi Rex  
 ipse decreverit, sibiq; placuerit, cudi, face-  
 re, & mandare sub omni modo, & forma,  
 in regno ipso Bohemiarum, in his, ad hæc usq;  
 tempora observatis; quodq; futuris perpe-  
 tuo Bohemiarum Regibus hæc nostra Imperia-  
 li constitutione, & gratia perpetuo vali-  
 turis, à quibuscunq; Principibus, Magna-  
 tibus, Comitibus, ac personis alijs quascunq;  
 terras, castra, possessiones, prædia, sive bo-  
 na, liceat emere, comparare, seu in donum,  
 sive donationem, ex quacunque causa, aut  
 obligare, recipere sub talium terrarum,  
 castrorum, possessionum, prædiorum, seu  
 bonorum conditione consueta, ut videli-  
 cet propria recipiantur, vel comparentur  
 ut propria, libera velut libera, & ea quæ  
 dependent in feudum, similiter emanent in  
 feudum, seu comparata taliter teneantur;  
 ita tamen, quod ipsi Reges Bohemiarum, de  
 ijs

ijs quæ hoc modo comparaverint vel receperint, & Regno Bohemiæ duxerint applicanda, ad pristina & consueta jura, de talibus sacro explananda, & reddenda imperio sint astricti.

Presentem nihilominus constitutionem & gratiam virtute presentis legis nostræ imperialis ad universos Principes Electores, tam Ecclesiasticos, quàm Seculares successores, & legitimos hæredes ipsorum plenè extendi volumus, sub omnibus modis, & conditionibus ut præfertur.

## CAP. XI.

## DE IMMUNITATE PRINCIPUM ELECTORUM.

Statuimus etiã ut nulli Comites, Barones, Nobiles, Feudales, Vasalli, Castrenses, Milites, Cliètes, Cives, Burgenses, nullæque personæ Moguntinensi, Treverensi, & Coloniensi Ecclesijs subjecti vel subjectæ, cujuscunq; status, conditionis, vel dignitatis existant, ad cujuscunq; actoris instantiam extra territorium, & terminos ac limites earundem Ecclesiarum, & pertinentiarum suarum ad quodcunque aliud tribunal, seu cujuscunque alterius, præterquam Archiepiscoporum Moguntinensis, Treverensis, & Coloniensis, & judicia suorum Judicum citari poterunt temporibus

ribus retroactis, vel trahi seu vocari debeant, perpetuis in antea temporibus sive possint, sicut in præteritis invenimus temporibus observatum.

1. Quod si contra præsens edictum nostrum, prædictos Ecclesiarum Treverensis, Moguntinensis, seu Coloniensis subditos, vel eorum aliquem seu aliquos, ad cujuscunque instantiam, seu ad cujuscunque tribunal, pro quacunque causa, criminali, civili, vel mixta, seu quocunque negotio, extra territorium, limites, seu terminos dictarum Ecclesiarum, vel alicujus earum citari contingeret, comparere, vel respondere minime teneantur, & citatio, & processus, & sententiæ interlocutoriæ, vel diffinitivæ contra non venientes à talibus judicijs extraneis latae vel factæ, fiendæ vel ferendæ, nec non præcepta, & præmissorum executiones, & omnia quæ ex eis, vel aliquo eorum quomodolibet sequi, attentari possent, vel fieri, irrita decernimus eo ipso.

2. Adjicientes expresse, quod nulli Comiti, Baroni, Nobili, Feudali, Vasallo, Castrensi, Militi, Clienti, Civi Rustico, nulli demum personæ Ecclesijs hujusmodi subjectæ, seu ejus incolæ, cujuscunque status, dignitatis, vel conditionis existant, à processibus, sententijs interlocutorijs, & diffinitivis, sive præceptis Archiepiscoporum & Ecclesiarum hujusmodi, vel suorum officia-

ficiatorum temporalium, aut executionibus eorundem contra se in Archiepiscopali, seu officiorum prædictorum iudicio factis aut latis habitis vel ferendis, in antea seu fiendis, ad quodcunque tribunal aliud liceat appellare, quamdiu in Archiepiscoporum prædictorum, & suorum iudicio querelantibus, non fuerit iustitia denegata, appellationes contra hoc factas non recipi statuimus, cassasque & irritas nunciamus.

3 In defectum verò iustitiæ, prædictis omnibus ad Imperialem duntaxat curiam & tribunal, seu iudicis immediate in Imperiali curia pro tempore præsentis audientiam; & etiam eo casu non ad quemvis alium iudicem, sive ordinarium, sive etiam delegatum, his quibus denegata fuerit iustitia, liceat appellare. Quicquid verò contra præmissa factum fuerit, sit irritum eo ipso.

4 Eandem constitutionem virtute præsentis legis nostræ Imperialis, ad illustrem Comitem Palatinum Rheni, Ducem Saxoniarum, & Marchionem Brandenburgensem Principes, Electores, seculares, sive laicos, successores, hæredes, & subditos eorum plenissime extendi volumus sub omnibus modis & conditionibus, ut præfertur.

## DE CONGREGATIONE PRINCIPUM ELECTORUM.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis feliciter Amen.

*Carolus Quartus divina favente clementia,  
Romanorum Imperator, semper Augustus,  
& Bohemia Rex, ad perpetuam rei memo-  
riam.*

**I**Nter illas multiplices Reipublicæ curas, quibus assidue mens nostra distrahitur, multa consideratione necessarium fore, prospexit nostra sublimitas, ut Sacri Imperij principes Electores ad tractandum de ipsius Imperij, orbisque salute frequentius solito congregentur, qui solidæ bases Imperij, & columnæ immobiles, quemadmodum per longinquas ad invicem terrarum consistant distantias, ita de incumbentibus regionum sibi cognitarum defectibus referre simul & conferre noverunt, sanisque providentiæ suæ consilijs non ignorant accommodatis talium reformationibus operam salubriter dare.

Hinc est, quod in solemni curia nostra in Nuremberg, cum venerabilibus Ecclesiasticis, & Illustribus secularibus Principibus Electoribus, & multis alijs Principibus Electoribus, & multis alijs Principibus

CAROLI IV. IMPER. 131

bus & proceribus per nostram celsitudi-  
nem celebrata, habita cum eisdem Princi-  
pibus Electoribus deliberatione, & de ipso-  
rum consilio, pro bono & salute commu-  
ni, cum dictis Principibus Electoribus tam  
Ecclesiasticis, quam Secularibus duximus  
ordinandum, quod iidem Principes Electo-  
res de cætero per singulos annos semel,  
transactis a festo Resurrectionis dominicæ  
quatuor septimanis continue numeran-  
dis, in aliqua civitatum Sacri Imperij per-  
sonaliter congregentur, & ad idem tem-  
pus proxime affuturum, seu anno præsentis  
colloquium seu curia, & congregatio hu-  
jusmodi in civitate nostra Imperiali Me-  
tensi, per nos, & eosdem Principes celebretur,  
ac tunc, & deinceps, die quolibet con-  
gregationis hujusmodi locus per nos quo  
sequenti anno conveniant, ipsorum consi-  
lio statuatur, hæc nostra ordinatione, ad  
nostrum, & ipsorum duntaxat beneplaci-  
tum duratura; qua durante, ipsos sub no-  
stro Imperiali conductu recipimus, ad di-  
ctam curiam accedendo, stando, ac etiam  
recedendo.

Præterea, ne tractatus communis salu-  
tis, & pacis, per tractum, & moram solatij,  
seu excessivam frequentiam convivij retar-  
detur, ut aliquando fieri est consuetum,  
concordi voluntate duximus ordinandum,  
ut deinceps curia seu congregatione præ-  
fata

N.  
Eullengi.  
al hāgn

IN.  
Tri-  
tia,  
Aus,  
mo-  
cu-  
hi-  
um  
Sa-  
an-  
re-  
dæ  
es,  
vi-  
de  
m  
e-  
js  
e-  
ra  
e-  
i-  
i-  
i-  
s



fata durante, generales omnium Principum celebrare alicui non liceat inuitas, particulares vero quæ agendorum expeditionem non impediunt, cum moderamine sint permissa,

## CAP. XIII.

## DE REVOCATIONE

*Privilegiorum.*

**P**raterea statuimus & hoc Imperiali perpetuo sancimus edicto, quod universalia privilegia, & litteræ quibuscunque personis, cujuscunque status, præeminentiæ, vel dignitatis existant, seu civitatum, oppidorum, & quorumlibet locorum universitatibus super quibuscunque juribus, gratijs, immunitatibus, consuetudinibus, seu rebus alijs, etiam proprio motu, seu alias à nobis vel recolendæ memoriæ, divi Romanorum Imperatoribus, & Regibus, prædecessoribus nostris, sub quibuscunque verborum tenoribus concessa & concessæ, seu à nobis vel successoribus nostris Romanorum Imperatoribus & Regibus, futuris temporibus concedenda, seu etiam concedendæ, non debeant aut possint libertatibus, jurisdictionibus, juribus, & honoribus, seu dominijs Principum Electorum Sacri Imperij Ecclesiasticorum, & Secularium, aut alicujus ipsorū in aliquo penitus derogare;



gare; etiam si in talibus privilegijs & litteris quarumlibet personarum cujuscunque præminentia, dignitatis, aut status extiterint, ut præfertur, seu universitatum hujusmodi expresse cautum sit, vel fuerit in futurum, quod revocabilia, seu revocabiles esse non debeant, nisi de ipsis, & toto in eis comprehenso tenore in tali revocatione fieret de verbo ad verbum, seriatim mentio specialis, hujusmodi namque privilegia & literas, si & in quantum libertatibus, jurisdictionibus, juribus & honoribus, seu dominijs, quæ superius exprimuntur dictorum Principum Electorum, aut alicujus ipsorum derogare, vel obviare censetur in aliquo, quo ad hoc revocamus ex certa scientia & cassamus, revocataque & revocatas intelligi, reputari, & haberi decernimus de plenitudine imperatoria potestatis.

## CAP. XIV.

DE HIS QUIBUS UT INDIGNIS  
*auferuntur bona feudalia.*

**I**N plerisque partibus vasalli, & feudatarii dominorum feuda, seu beneficia, quæ à dominis in ipsis obtinent, intempestive, verbaliter, & in fraude renunciant, seu resignant eadem, & facta renunciatione hujusmodi, dominos ipsos malitiose diffidant, suasq; inimicitias eis denunciant, da-

Q

mna ipsis subsequenter gravia inferendo,  
 & beneficia, seu feuda sic relicta prætextu  
 guerræ seu inimicitia iterum invadunt, &  
 occupant, & detinent occupata; ea propter  
 præsentis constitutione in perpetuum va-  
 litura sancimus, quod talis resignatio, seu  
 renunciatio haberi debeat pro non facta,  
 nisi libere & realiter facta fuerit per eos-  
 dem, ita quod possessio beneficiorum, &  
 feudorum hujusmodi dominis ipsis corpo-  
 raliter & realiter assignetur, in tantum  
 quod nullo unquam tempore diffidentes  
 ipsi in bonis, feudis, seu beneficijs resigna-  
 tis, dominos ipsos perturbent per se, aut  
 alios, aut molestant, nec ad hoc, consilium  
 præstent, auxilium, vel favorem; contra-  
 rium faciens, seu dominos suos in benefi-  
 cijs & feudis resignatis, vel non resignatis  
 invadens quomodolibet, perturbans, vel  
 damna ipsis inferens, seu consilium, auxi-  
 lium, præstans talia facientibus, vel favore,  
 feuda & beneficia hujusmodi, eo ipso amit-  
 tat, infamis existat, & banno Imperiali  
 subjiciat, & nullus ad feuda, vel beneficia  
 hujusmodi pateat ei, de cætero quo-  
 cunque tempore aditus, vel regressus, nec  
 de novo concedi sibi valeant ulio modo, &  
 facta eis contra hoc illorum concessio, seu  
 investitura sequuta, viribus non subsistat;  
 postremo omnes poenas prædictas illos vel  
 illum, qui prædicta resignatione non facta,

CONTIN.

contra dominos suos fraudulenter agentes, vel agens, scienter eos invaserint, vel invaserit, diffidatione quacunque prævia vel omissa, vigore præsentis sanctionis incur-  
rere, decernimus ipso facto.

## CAP. XV.

## DE CONSPIRATORIBVS.

**D**Etestandas præterea, & sacris legibus reprobatas conspirationes & conventiculas, seu colligationes illicitas in civitatibus, & extra, vel inter civitatem & civitatem, inter personam & personam, seu inter personam & civitatem, prætextu parentele, seu receptionis in cives, vel alterius cujuscunq; coloris conjurationes, insuper confœderationes & pacta, nec non & consuetudinem circa hujusmodi introductam (quam censemus potius corruptelam) reprobamus, damnamus, & ex certa scientia irritamus, quas civitates, seu personæ, cujuscunq; dignitatis, seu conditionis, aut status, sive inter se, sive cum alijs absq; auctoritate dominorum, quorum subditi vel ministeriales, seu in quorum districtu consistunt, eisdem dominis nominatim non exceptis, fecerint hæctenus, & facere præsumpserint in futuro, sicut per sacras divorum Augustorum prædecessorum nostrorum leges prohibitas non ambigitur, &c.

cassatas, illis confœderationibus & legibus duntaxat exceptis, quas Principes, & civitates, ac alij super generali pace provinciarum atque terrarum inter se formasse noscunt, illas enim nostræ declarationi specialiter reservantes, in suo decernimus vigore manere, donec de his aliud duxerimus ordinandum.

1. Personam singularem, quæ de cetero contra tenorem præsentis constitutionis, & legis nostræ antiquæ super hoc editæ confœderationes, colligationes, conspirationes, & pacti hujusmodi inire præsumperit, ultra pœnam legis ejusdem, notam infamiæ, & pœnam decem librarum auri, civitatem vero, vel universitatem in hanc legem nostram similiter committentem, centum librarum auri, nec non amissionis & privationis libertatum, & privilegiorum imperialium, pœnas incurrere decernimus eo ipso, mediate pœnæ hujusmodi pecuniariæ fisco imperiali, reliqua vero domino districtus, in cujus præjudicium factæ fuerint applicanda.

## CAP. XVI.

## DE PFALBURGERIS.

**C**Æterum, quia nonnulli cives & subditi Principum, Baronum, & aliorum hominum (sicut frequens ad nos querela perduxit)

duxit) jugum originariae subjectionis quaerentes abijcere (imo ausu temerario contemnentes, in aliarum civitatum cives saepe recipi se procurant, & frequentius in praeterito procurarunt, & nihilominus in priorum dominorum, quos tali fraude praesumpserunt, vel praesumunt deserere, terris, civitatibus, oppidis, & villis corporaliter residentes civitatum, ad quas hoc modo se transferunt, libertatibus gaudere, & ab eis defensari contendunt, qui in partibus Alamaniae Pfalburgerij consueverunt vulgariter appellari: quoniam autem patronari non debent alicui fraus & dolus, de imperatoriae potestatis plenitudine omnium Principum Electorum Ecclesiasticorum, & Secularium sano accedente consilio, ex certa scientia statuimus, & praesenti lege perpetuo valitura sancimus, quod praedicti cives & subditi, eis quibus subsunt, taliter illudentes, in omnibus terris, locis, & provincijs Sacri Imperij a praesenti die in posterum, civitatum in quarum cives, qui tunc fraude recipi se procurant, vel haecenus procurarunt jurib. & libertatibus, in nullo potiantur, nisi ad huiusmodi civitates corporaliter, & realiter transeuntes, ibique larem fouentes, continuo, vere, & non ficte residentiam facientes, debita onera & municipalia subeant in eisdem; si qui vero contra praesentis nostrae legis tenorem re-

cepti sint, vel fuerint, in futurum, illorum  
receptio omni careat firmitate, & recepti,  
cujuscunq; dignitatis, conditionis, aut sta-  
tus existant, in nullo casu penitus, sive causa  
civitatum, ad quas recipi se procurant, ju-  
ribus aut libertatibus gaudeant, quomo-  
dolibet vel fruantur; non obstantibus qui-  
buscunq; juribus, privilegijs, vel consuetu-  
dinibus observatis, quandocunq; tempore  
& obtentis, quas & quæ, in quantum præ-  
senti nostræ legi obveniant, præsentibus ex-  
cetera scientia revocamus de prædictæ im-  
perialis plenitudine potestatis, omnique  
carere decernimus robore firmitatis.

1. Circa præmissa omnia Principum, do-  
minorum, & aliorum hominum, quos ta-  
liter deserere contingit, vel contingeret in po-  
sterum juribus circa personas, & bona sub-  
ditorum quorumcunque, ipsos sæpe dicto  
modo deserentium, semper salvis; hos ni-  
hilominus qui sæpe dictos cives, & subdi-  
tos alienos recipere contra præsentis legis  
dispositionem præsumperint, vel recipere  
in præterito præsumperunt, si eos omnino  
non dimiserint infra mensem post intima-  
tionem præsentium eis factam, centum  
marcas auri puri pro transgressione hu-  
jusmodi totiens, quotiens deinceps factum  
fuerit incurrere decernentes, quarum me-  
dietas imperiali fisco nostro, reliqua vero  
dominis illorum, qui recepti fuerint irre-  
missibiliter applicetur. CAP.

## CAP. XVII.

## DE DIFFIDATIONIBVS.

**E**OS qui de cætero adversus aliquos ecc-  
tam diffidationis causam se habere fin- *inhilo*  
gentes, ipsos in locis, ubi domicilia nō ob-  
tinent, aut ea communiter nō inhabitant,  
intempestive diffidant, declaramus damna;  
quæcunque per incendia, spolia, vel rapinas  
diffidatis ipsis cum honore suo inferre non  
posse.

Et quia patrocinari non debent alicui  
fraus & dolus, presenti cōstitutione in per-  
petuum valitura sancimus, diffidationes  
hujusmodi quibuscunq; dominis aut per-  
sonis, cum quibus aliqui fuerint in societa-  
te, familiaritate, vel honesta, quavis amici-  
tia conversari, sic factas vel fiendas in po-  
sterum, nō valere, nec licere prætextu diffi-  
dationis cujuslibet quempiam invadi per  
incendia, spolia, vel rapinas, nisi diffidatio  
per tres dies naturales ipsi diffidando per-  
sonaliter, vel in loco quo habitare consue-  
vit, publice fuerit intimata, possitq; de in-  
timatione hujusmodi, per testes idoneos  
fieri plena fides; Quisquis secus quempiam  
diffidare & invadere modo præmissis præ-  
sumpserit, infamiam eo ipso incurrat, ac si  
nulla diffidatio facta esset; quem etiam  
tanquam proditorem, per quoscunque Ju-  
dices pœnis legalibus statuimus castigari.

Prohib

Prohibemus etiam & damnamus universas & singulas guerras, lites injustas, cuncta quoque injusta incendia, spolia, rapinas, indebita & inconsueta telonia, & conductus & exactiones, pro ipsis conductibus extorqueri consuetas, sub pœnis quibus sacræ leges præmissæ, & eorum quodlibet sanciant punienda.

## C A P. XVIII.

EXEMPLAR LITERARVM  
*quibus Electores evocantur.*

Vobis illustri & magnifico Principi N. Marchioni Brandenburgensi, Sacri imperij Archicamerario, Electori, & amico nostro carissimo, Electionem Romanorum Regis, quæ ex rationabilibus causis jam imminet, faciendam præsentibus intimamus, vosque ex officij nostri debito ad electionem præfatam rite vocamus, quatenus à tali die, &c. infra tres menses continue computandos, per vos, seu nuncios, aut procuratores vestros, unum vel plures, sufficiens mandatum habentes, ad locum debitum, juxta formam sacrarum legum super hoc editarum venire curetis, deliberaturi, tractaturi, & cõcordaturi cum alijs Comprincipibus coelectoribus vestris, & nostris, de electione futuri Regis Romanorum in Imperatorem post modum favente

vente



vente Domino promovendi, in eodē man-  
suri, usque ad plenam consummationem  
electionis hujusmodi, & aliās facturi, &  
processuri, prout in sacris legibus super  
hoc deliberato editis invenitur expressum,  
aliās, non obstante vestra, seu nostrorum  
absentia, in præmissis una cum alijs Con-  
principibus & Electoribus vestris, & no-  
stris, prout legum ipsarum sanxerit aucto-  
ritas, finaliter procedamus.

C A P. XIX.

FORMA PROCURATORII, MIT-  
tendi per eum principem Electorem, qui nun-  
cios suos ad electionem faciendam  
duxerit destinandos.

**N**OS N. Deigratia, &c. Sacri Imperij  
&c. notum facimus tenore præsen-  
tium universis, quod cum electio Roma-  
norū Regis ex rationabilibus causis immi-  
net facienda, nos de honore, & statu Sacri  
Imperij sollicitudine debita intendere cu-  
pientes, ne tam gravibus, & dispendijs pe-  
riculosè subjaceat, de fide, & circumspectio-  
nis industria delectorum nobis NN, fideiū  
nostrorum obtinentes, utiq; præsumptio-  
nis indubiæ fiduciam singularem ipsos &  
quemlibet ipsorum in solidum, ita quod  
nō sit melior cōditio occupantis, sed quod  
per vnum eorum inceptū fuerit, per alium

R

finiri valeat, & licitè terminari, omni jure, modo, forma, quibus melius & efficacius possumus, seu valemus nostros veros, legitimos Procuratores, & nuncios speciales facimus, constituimus, & ordinamus, ad tractandum ubilibet una cum alijs Principibus, & coelectoribus nostris, tam Ecclesiasticis, quam Secularibus, & cum ipsis concordandum & conveniendum, & concludendum, de persona quacunque habili, ac idonea, in Regem Romanorum eligenda, ac ipsis tractatibus super electione talis personæ habendis, pro nobis loco, & nomine nostris interessendum, tractandum, & deliberandum, nec non vice, & nomini nostris eandem personam nominandum, & in ipsam consentiendum, ac etiam in Regem Romanorum promovendum ad Sacrum Imperium eligendum, ac in animam nostram præstadium quodecunque juramentum, necessarium debitum, seu conuetum fuerit circa præmissa, & quodlibet præmissorum alium, vel alios procuratores in solidum substituendum & revocandum, & omnia & singula faciendum, quæ in præmissis, & circa præmissa etiam usque ad consummationem tractatum, nominationis, deliberationis, & electionis hujusmodi, de præsentis faciendæ necessaria, aut utilia fuerint, seu etiam quomodolibet oportuna, etiamsi præmissa, vel

eorum

cor  
cia  
fue  
cer  
del  
tjjs  
gra  
len  
pro  
Pro  
sub  
cor  
rum  
fuer

D

In

Car

R

F



nor

eorum quodlibet mandatum exigant speciale, etiamsi majora vel magis singularia fuerint suprascriptis, & quæ nosmetipsi facere possemus, si hujusmodi tractatum deliberationis, & electionis futuræ negotijs, præsentibus & personaliter adessemus, gratum & ratum habentes, & habere volentes, & nos perpetuo habituros firmiter promittentes, quicquid per antedictos Procuratores, seu nuncios nostros, nec non substitutos, aut substituendos ab ipsis, seu eorum altero in præmissis, seu præmissorum quodlibet actum, gestum, seu factum fuerit, aut quomodolibet ordinatum.

## CAP. XX.


## DE VNIONE PRINCIPVM

*Electorum & Iurium eis*

*connexorum.*

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis feliciter, Amen.

*Carolus Quartus divina favente clementia  
Romanorum Imperator, semper Augustus, &  
Bohemia Rex, ad perpetuam rei memoriam.*

 UM universi, & singuli Principatus, quorum virtute Seculares Principes Electores, jus & vocem in electione Regis Romanorum, in Cæsarem promovendi obtinere

noscentur, cum jure hujusmodi, nec non officijs, dignitatibus, & juribus alijs eis, & cuilibet eorum annexis & dependentibus ab eisdem, adeo conjuncti, & inseparabiliter sint uniti, quod jus, vox, officium, & dignitas, aliqua jura, ad quemlibet eorum Principatum eorundem spectantia, cadere non possint in alium, præter illum, qui principatum ipsum cum terra, vasallagijs, feudis, & dominijs, ac eis pertinentijs universalis dignoscitur possidere; præsentis edicto imperiali perpetuo valituro sancimus unumquemque Principatum prædictorum cum jure & voce electionis ac officijs cæteris omnibus, dignitatibus, juribus & pertinentijs ad ipsum spectantibus ita perseverare, & esse debere unitum perpetuis temporibus indivisibiliter & conjunctive, quod possessor Principatus cujuslibet, etiã juris, vocis, & officij, & dignitatis, & pertinentiarum omnium ad illum spectantium, quieta debeat & libera possessione gaudere, & Princeps Elector ab omnibus reputari, ipseque & nemo alius per cæteros Principes Electores, ad electionem, & omnes actus alios pro Sacri Imperij honore, vel oportunitate gerendos, omni tempore assumi, sine contradictione qualibet & admitti, nec aliquod præmissorum ab altero (cum sint & esse debeant inseparabilia) dividi, vel ullo tempore debeant separari,

aut

aut in iudicio, vel extra divisim repeti valeat, vel evinci, vel etiam per sententiam separari, nec aliquis unum sine alio impotens audiatur; quod si per errorem, vel alias auditus quis fuerit, aut processus, iudicium, sententia, vel aliquod huiusmodi contra dispositionem nostram emanaverit, seu quomodolibet attentare contigerit, hoc totum, & omnia ex his, & quolibet eorum sequentia eo ipso viribus non subsistant.

## CAP. XXI.

## DE ORDINE PROCESSIONIS

*inter Archiepiscopos.*

Quoniam autem superius in principio constitutionum nostrarum presentium, circa ordinationem Ecclesiasticorum Principum Electorum in concilio, & in mensa, & alias quotiens imperialem curiam celebrari, seu Principes Electores deinceps cum Imperatore vel Rege Romanorum, congregari contigerit, sufficienter duximus providendum, super quæ priscis audivimus temporibus pluries disceptatum; expedire credimus, etiam processionis & deambulationis inter eos ordinem diffinire.

Quapropter hoc Imperiali edicto decernimus, ut quotienscumque in congregatione Imperatoris, vel Regis Romanorum, & Principum predictorum Imperatore,

vel Rege ipso deambulante, insignia ante faciem ejus portari contigerit, Archiepiscopus Treverensis in directa diametrali linea ante Imperatorem, vel Regem transeat, illique soli medij inter eos ambulent quos imperialia vel regalia continget insignia deportare.

¶ Nam autem Imperator, vel Rex, absque insignijs ijsdem incesserit, ex tunc idem Archiepiscopus Imperatorem, vel Regem prefato modo præcedat, ita quod nemo penitus inter eos medius habeatur, alijs duob. Archiepiscopis Electoribus, loca sua juxta distinctionem provinciarum suarum circa sessionem superius declaratam, etiam circa processionem perpetuo servaturis.

## C A P. XXII.

### DE ORDINE PROCESSIONIS

*Principum Electorum, & per quos insignia deportentur.*

**A**d declarandum autem in Imperatoris, vel Regis Romanorum deambulante præsentia processionis ordinem Principum Electorum (de quo supra fecimus mentionem) statuimus, ut quotiescunque in celebratione imperialis curiæ Principes Electores cum Imperatore, seu Rege Romanorum in quibuscunque actibus vel solemnitatibus processionaliter ambulare contigerit,

tigerit, & imperialia vel regalia debuerint insignia deportari, Dux Saxoniae imperialem, vel regalem enssem deferens, Imperatorem seu Regem immediate praecedat, & inter illum, & Archiepiscopum Treverensem medius habeatur; Comes verò Palatinus, Pomum imperiale portans, à latere dextro; & Marchio Brandenburgensis sceptrum deferens, à sinistro latere ipsius Ducis Saxoniae linealiter gradientur; Rex autem Bohemiae Imperatorem, seu Regem ipsum immediate nullo interveniente sequatur.

## CAP. XXIII.

## DE BENEDICTIONIBVS ARCHIEPISCOPORVM IN PRÆSENTIA

*Imperatoris.*

Quotiens insuper in Imperatoris, vel Regis Romanor. praesentia, Missarum solemnitas celebrari, ac Moguntinensem, Treverensem, Colonensem Archiepiscopos, vel duos ex eis adesse contigerit, in confessione, quae ante missam dici consuevit, ac in porrectione Evangelij osculandi, & pace post Agnus Dei portanda, nec non in benedictionibus post finita missarum solemnitas, ac etiam ante mensam faciendis, & in gratijs post cibum acceptum agendis, id inter eos observetur, prout de ipsorum consilio duximus ordinandum, quod prima die hæc omnia & singula, à primo, se-

eunda die, à secundo; tertia veidò, à tertio peragantur.

¶ Primum autem, seu secundum, vel tertium hoc casu secundum, quod prius, vel posterius quilibet eorum consecratus existit, debere intelligi declaramus, & ut se invicem honore condigno præveniant, & exemplum alijs invicem honorandi, is quæ circa præmissa ordo tetigerit, ad hæc alterum convenienti & charitativa inclinatione invitet, & tunc demum ad præmissa procedat, seu quodlibet præmissorum.

## CAP. XXIV.

*INFRA SCRIPTÆ LEGES PROMULGATA SÛNT IN CURIA METENSIS PER DOMINUM CAROLUM IV. ROMANORUM IMPERATOREM, & BOHEMIA REGEM AUGUSTUM, ANNO DOMINI M. CCC. LVI. IN DIE NATALIS CHRISTI, ASSISTENTIBUS SIBI OMNIBUS SACRI ROMANI IMPERII ELECTORIBUS; PRÆSENTIBUS DOMINIS VENERABILI IN CHRISTO PATRE DOMINO I. EPISCOPO ALBANENSIS, SANCTÆ ROMANÆ ECCLESIE CARDINALI, ac CAROLO REGIS FRANCIA PRIMOGENITO, NORMANDIA DUCE ILLUSTRIS, ac DELPHINO*

*Verba:*

*Rescripti:*

*Impp.*

*Arcadij:*

*& Ho.*

*nori in*

**S**I quis cum Principibus, Militibus, vel Privatis, seu quibuscunque personis plebeis etiam, scelestam factionem, aut factionis ipsius inierit Sacramentum, vel dederit de

nece:



nece consilium Venerabilium, & Illustrium *l. Quis-*  
 Principum nostrorum, & Sacri Romani *quis C. ad-*  
 Imperij, tam Ecclesiasticorum, quàm *l. Jul.*  
 cularium Principum Electorum, seu alte- *Majest.*  
 rius eorundem (nam & ipsi pars corporis  
 nostri sunt, eademque severitate volunta-  
 tem sceleris, qua effectum puniri jura vo-  
 luerunt) ipse quidem (ut pote majestatis læ-  
 sæ criminis reus) gladio feriat, bonis ejus  
 omnibus fisco nostro addictis; filij verò  
 ejus, quibus vitam imperiali specialiter le-  
 nitate concedimus (paterno enim debe-  
 rent perire supplicio, in quibus paterni,  
 hoc est, hæreditarij criminis metuantur  
 exempla) à materna vel avita, omnium et-  
 jam proximorum hæreditate, & successio-  
 ne habeantur alieni, ex testamentis alio-  
 rum nihil capiant, sint perpetuo egentes  
 & pauperes, infamia eos paterna semper  
 comitetur, ad nullum unquam honorem,  
 ad nulla prorsus sacramenta perveniant,  
 sint postremo tales, ut his perpetua egesta-  
 te sordentibus sit, & mors solatium, & vita  
 supplicium.

Denique jubemus eos esse <sup>notatos</sup> notabiles, si-  
 ne venia, qui pro talibus unquam apud nos  
 intervenire tentaverint.

Ad filias sane eorum, quolibet numero  
 fuerint. Falcidiam tantum ex bonis ma- *legitimā*  
 tris, sive testata, sive intestata decesserit, *tantum*  
 volumus pervenire, ut habeant mediocrem

potius filia alimoniam, quam integrum emolumentum, aut nomen hæredis consequantur, mitior enim circa eas debet esse sententia, quas pro infirmitate sexus minus ausuras esse confidimus.

3 Emancipationes quoque, quæ à prædictis sive in filios, post legem duntaxat latã, sive in filias fuerint collatæ, non valeant, dotes, donationes quorumlibet, postremo item alienationes, quas ex eo tempore qualibet fraude, vel jure factas esse constiterit, quo primo memorati de ineunda factione, ac societate cogitaverint, nullius statuimus esse momenti; Uxores sanè prædictorum recuperata dote, si in ea conditione fuerint, ut quæ à viris titulo donationis acceperint, seu accipiunt, filijs debeant reservare, tempore quo ususfructus absumitur, omnia ea fisco nostro se relicturas esse cognoscant, quæ juxta legem filijs debebantur; Falcidia enim ex his rebus filiabus tantum, non etiam filijs deputetur; Id quod de prædictis, eorumque filijs cavimus, etiam de satellitibus, conscijs, ac ministris, filiisque eorum simili severitate censemus.

4 Sane si quis ex his in exordio initæ factionis studio veræ laudis accensus ipse prodiderit factionem, vel cum incognita adhuc consiliorum arcana, patefecerit, absolute tamen, ac venia dignus habebitur.

Sba.

CAROLI IV. IMPER. 207

Statuimus insuper, ut si quid contra prædictos Principes Electores Ecclesiasticos, vel Seculares commissum dicatur, etiam post mortem rei, id crimen instaurari posse.

In hoc item crimine, quod ad læsam in Principibus Electoribus suis Majestatem pertinet, etiam in caput domini servi torquentur.

¶ Volumus insuper, & præsentis imperiali sancimus edicto, ut etiam post mortem nocentium, hoc crimen inchoari possit, ut convicto mortuo, memoria ejus damnetur, & bona successoribus ejus eripiantur: nam ex quo sceleratissimum quis cœperit consilium, exinde quodammodo sua mente punitus est.

¶ Porro ex quo quis tale crimen contraxit, neque alienare, neque manumittere eum posse, nec ei solvere jure debitorem, decernimus.

¶ In hac causa in caput domini servos torqueri statuimus, id est, propter causam factionis dampnandæ contra Principes Electores Ecclesiasticos, & Seculares, ut præmittitur.

¶ Et si decesserit quis, propter incertam personam successoris bona serventur, si in causa hujusmodi fuisse mortuus arguatur.

¶ Si ceteros Principes congruit in sua integritate servari, ut corroboretur justitia, & subjecti, & fideles pace gaudeant, & quie-

*In quibus crimine dicitur in hunc autem...*

*In quibus dicitur exemplar. Singulare. hoc est a...*

*pitulm q intitulat DE INTEGRITATE Principatum servanda.*

re, multo magis magnifici principatus, dominia, honores, & jura Electorum Principum debent illæsa servari, nam ubi majus incumbit periculum, majus debet adhiberi remedium, ne columnis ruentibus, basis totius ædificij collidatur.

Decernimus igitur, & hoc perpetuis temporibus valituro imperiali sancimus edicto, quod ex nunc in antea perpetuis, futuris temporibus insignes, & magnifici principatus, videlicet regnum Bohemiarum, Comitatus Palatini Rheni, Ducatus Saxoniarum, & Marchionatus Brandenburgensis, terrarum, districtus, homagia, vasallagia, & alia quævis ad ipsa spectantia, scindi, dividi, seu quavis conditione dimembrari non debeant, sed ut potius in sua perfecta integritate perpetua maneat, primogenitus filius succedat in eis, sibiq; soli jus, ac dominium competat, nisi forte mente captus, fatuus, seu alterius famosi, & notabilis defectus existeret, propter quem non deberet, seu posset hominibus principare, in quo casu inhibita sibi successione, secundo genitum, si fuerit in ea progenie, seu alium seniore fratrem, seu consanguineum laicum, qui paterno stipiti in descendenti recta linea proximior fuerit, volumus successurum, qui tamen apud alios fratres, & sorores, se clementem & pium exhibebit, continuo juxta datam sibi à Deo gratiam, & juxta  
 faum.

suum beneplacitum, & ipsius patrimonij facultates, divisione, scissione, seu dimembratione principatus, & pertinentiarum ejus sibi omnibus modis interdicta.

13 Die vero qua solemnitas imperialis, vel regia fuerit celebranda, veniant circa horam primam Principes Electores, Ecclesiastici, & Seculares, ad domum habitationis imperialis, sive regalis, & ibi Imperator vel Rex ipse omnibus insignijs imperialibus induetur, & ascensus equis, omnes vadant cum Imperatore, vel Rege ad locum sessionis aptatam, & ibi quilibet eorum in ordine, & modo supra in lege de ordine processionis ipsorum Principum Electorum plenius diffinito.

14 Portabit etiam Archicancellarius, in cuius Archicancellariatu hæc fuerint, super baculo argenteo, omnia sigilla & typaria imperialia, & regalia.

15 Seculares vero Principes Electores sceptrum, pomum, & ensen, secundum quod superius exprimitur, deportabunt.

16 Portabuntur etiam immediate ante Archiepiscopum Treverensem suo loco transeuntem, primo, Aquisgranensis; secundo, Mediolanensis corona; & hoc ante Imperatorem duntaxat, qui jam Imperialibus est infulis decoratus, quas gestabunt aliqui Principes inferiores, ad hoc per Imperatorem juxta placitum deputandi.

Impe-

*Capitulum  
20  
De cunctis  
Imperia  
et  
sessione*

Imperatrix etiam, vel Regina Romanorum, suis Augustalibus amicta insignijs, post Regem, vel Imperatorem Romanorum, & etiam post Regem Bohemiarum qui Imperatorem immediate subsequitur, cōpetentis spacij intervallo, suis associata proceribus, suisq; comitata virginibus ad locum sessionis procedat.

CAP. XXV.

DE OFFICIIS PRINCIPVM IN  
*solemnibus Curijs Imperatorum, vel  
regum Romanorum.*

**S**Tatuimus, ut quandocunq; Imperator vel Rex Romanorum solennes curias suas celebraverit, in quibus principes Electores sua deservire, seu exercere debent officia, subscriptus in his ordo servetur.

Primo enim Imperatore, vel Rege ipso, in sede regia, seu folio imperiali sedente, Dux Saxoniarum officium suum agat, hoc modo; ponetur enim ante ædificium sessionis imperialis vel regiarum, acervus avenarum, tantæ altitudinis, quod pertingat usque ad petus, vel sellam equi, super quo sedebit ipse Dux, & habebit in manu baculam argenteam, & mensuram argenteam, quæ simul faciunt in pondere duodecim marcas argenti, & sedens super equo, primo mensuram eandem de avena plenam accipiet, &

famu-

famulo primitus venienti ministrabit eandem, quo facto, figendo baculum in avenam recedet, & Vicemarscalcus ejus, puta de Pappenheim, accedens, vel eo absente Marscalcus curiæ ulterius avenam ipsam distribuat.

Ingresso verò Imperatore, vel Rege ad Mensam, Principes Electores Ecclesiastici, videlicet, Archiepiscopi stantes ante mensam cum cæteris Prælatiis, benedicent eandem secundum ordinem, qui circa hæc, eis in superioribus est præscriptus, & benedictione completa, iidem Archiepiscopi omnes (si adsint) alioquin duo, vel unus, sigilla & typaria imperialia, sive regalia à Cancellario curiæ recipient, eoque in cujus Archicancellariatu curiam ipsam celebrari continget in medio procedente, & alijs duobus ex alterutro latere sibi junctis, sigilla & typaria ipsa (omnes quidem baculū in quo suspensa fuerint manibus contingentes) ea portabunt, & ante Imperatorē, vel Regem reverenter ponent in mensa; Imperator verò, sive Rex eadem ipsis statim restituet, & in cujus Cancellariatu hæc fuerit (ut præfertur) is majus sigillum collo appensum, usque in finem mensæ gestabit, & deinceps, donec ad hospitium suum perveniat, ab imperiali, sive regali curia equitando; baculus verò (de quo præmittitur) esse debebit argenteus, duodecim  
marcas

marcas argenti, habens in pondere, ejus tam argenti, quam precij partem tertiam unusquisque Archiepiscoporum ipsorum persolvat, & baculus ipse protinus una cum sigillis, & typarijs debet Cancellarius imperialis curiæ assignari, in usus suos bene placitos convertendos. Postquam autem is, quem ordo tetigerit portando sigillum majus, ab Imperiali curia ad hospitium suum redierit (ut præfertur) statim sigillum ipsum per aliquem de suis familiaribus prædicto Imperiali curiæ Cancellario remittet, super equo, quem juxta propriæ dignitatis decentiam & amorem, quem ad Cancellarium curiæ gesserit, ipsi Cancellario tenebitur elargiri.

3 Deinde Marchio Brandenburgensis Archicamerarius accedat super equo, habens argenteas pelves cum aqua in manibus, ponderis duodecim marcarum argenti, & pulchrum manutergium, & descendens ab equo, dabit aquam Imperatori, vel Regi Romanorum manibus abluendis.

4 Comes Palatinus Rheni intrabit similiter super equo, habens in manibus quatuor scutellas argenteas cibus impletas, quarum quælibet tres marcas habeat in statera, & descendens ab equo, portabit & imponet ante Imperatorem, vel Regem in mensa.

5 Post hoc Rex Bohemiæ Archipincerna, veniat

venia  
nibu  
pond  
aqua  
scend  
rator  
biber  
Sic  
se cor  
per P  
ctis ip  
Subca  
chion  
magi  
& scu  
na de  
gis Bo  
heim  
dicta  
Impe  
rum  
vero i  
se dux  
lis vel  
ce ab  
absen  
com  
in pr  
Im  
debet  
ve me



veniat similiter super equo, portans in manibus cuppam, seu scyphum argenteum, ponderis duodecim marcarum, coopertū, aqua & vino permixtum impletum, & descendens de equo, scyphum ipsum Imperatori, vel Regi Romanorum porriget ad bibendum.

Sicut autem hætenus observatum fuisse comperimus, ita statuimus, ut peractis per Principes Electores Seculares, prædictis ipsorum officijs, ille de Falkensteyn Subcamerarius, equum & pelves Marchionis Brandenburgensis, pro se recipiat, magister coquinæ de Nortemberg, equum & scutellas Comitis Palatini; Vicepincerna de Lymburch, equum & scyphum Regis Bohemiæ; Vicumariscalcus de Pappenheim, equum, baculum, & mensuram prædictam Ducis Saxoniae; si tamen ipsi in tali Imperiali curia præsentés existant, & eorum quilibet in officio suo ministret, si vero ipsi, vel eorum aliqui à præfata curia se duxerint absentandos, ex tunc Imperialis vel regalis curiæ quotidiani ministri vice absentium, puta, quilibet in loco ejus absentis, cui in vocabulo, seu in officio communicat, sicut gerit officium, sic tollat in præmissis & fructum.

Imperialis insuper mensa vel regia sic debet aptari, ut ultra alias tabulas aulae, si ve mensas, in altitudine sex pedum sit al-

S.

Caput 28  
Ordo man  
saria et  
illa apta  
in opor,  
tbl.

rius elevata, in qua præter Imperatorem duntaxat, vel Regem Romanorum die solemnis curiæ nemo penitus collocetur; sedes vero & mensa imperatricis sive reginæ parabitur, à latere in aula; ita quod ipsa mensa tribus pedibus imperiali sive regali mensa sit bassior, & totidem pedibus eminentior supra sedes Principum Electorum; qui Principes suas inter se una, eademque altitudine sedes habebunt, & mensas infra sessionem imperialem; mensæ pro septem Principibus Electoribus Ecclesiasticis, & Secularibus præparentur, tres videlicet à dextris, & tres aliæ à sinistris, & septima directe versus faciem Imperatoris vel Regis (sicut superius in capitulo de sessionibus, & ordine Principum Electorum per nos est clarius definitum) ita etiam quod nullus alius cujuscunque dignitatis, vel status existat, sedeat inter ipsos, vel ad mensas eorum.

Non liceat autem alicui prædictorum Secularium Principum Electorum, peracto officij sui debito, se locare ad mensam sibi paratam, donec alicui suorum Conprincipum Electorum ejus officium restat agendum, sed cum aliquis eorum, vel aliqui ministerium suum expleverint, ad præparatas sibi mensas transeant, & juxta illas stando expectent, donec cæteri ministeria sua expleverint supradicta & tunc demum omnes,

omni  
po  
9  
nibu  
à ter  
tur  
run  
Reg  
tate  
prin  
Nun  
Hab  
etia  
decl  
coru  
obvi  
10  
ceps  
cula  
Imp  
vale  
eunc  
miss  
tum  
men  
tran  
Pr  
riali  
temp  
riæ p  
appa

omnes, & singuli pariter ad mensas suas sibi  
positas se locabunt.

9 Invenimus etiam ex clarissimis relatio-  
nibus, & traditionibus antiquorum, illud  
à tempore cujus contrarij jam non habe-  
tur memoria, per eos qui nos præcesse-  
runt, feliciter esse jugiter observatum, ut  
Regis Romani Imperatoris futuri, in civi-  
tate Franckfordiæ celebraretur electio; &  
prima coronatio Aquisgrani; & in oppido  
Nuremburgensi prima, seu Regalis curia  
haberetur; Quæ propter certis ex causis  
etiam præmissa servari debere temporibus  
declaravimus, nisi præmissis omnibus seu  
eorum alicui impedimentum legitimum  
obviaret.

10 Quantumcunque insuper aliquis Prin-  
ceps Elector Ecclesiasticus, vel etiam Se-  
cularis justo impedimento detentus, ad  
Imperialem curiam vocatus, venire non  
valens, nuncium vel procuratorem cujus-  
cunque status, vel dignitatis transmiserit,  
missus ipse ( licet loco mittentis juxta da-  
tum sibi ab eo mandatū, admitti debeat) in  
mensa tamen vel sede, quæ illi, qui ipsum  
transmittit, deputata fuerit, non sedebit.

11 Præterea consummatis his, quæ in Impe-  
riali qualibet curia, vel Regali fuerint pro  
tempore disponenda, recipiet magister cu-  
riæ pro se totum ædificium, sive ligneum  
apparatum Imperialis, sive Regiæ sessio-  
is.

nis, ubi sederit Imperator, sive Rex Romanorum, cum Principibus Electoribus, ad celebrandas solemnes curias, vel feuda ( ut præmittitur) Principibus conferenda.

C A P. XXVI.

DE IVRIBVS OFFICIALIVM,  
*dum principes feuda sua ab Imperatore  
 vel Rege Romanorum  
 recipiunt..*

**D**Ecernimus hoc Imperiali edicto, ut Principes Electores Ecclesiastici, vel etiam Seculares, dum feuda, seu regalia ab Imperatore vel Rege recipiunt, ad dandum vel solvendum aliquid nulli penitus sint astricti, nã pecunia quæ tali prætextu persolvitur, officiat debetur; cum ergo ipsi Principes Electores, cunctis Imperialis curiæ præsent officijs, suos etiam habentes in officijs hujusmodi substitutos, datos ad hoc à Romanorum Principibus & dotatos, videtur absurdum, quod substituti officiales, à suis superioribus quocunque quæsito colore encenia postularent; nisi forte ipsi Principes Electores sponte & liberaliter his aliquid largirentur.

Porro, cæteri Principes Imperij Ecclesiastici, vel Seculares, dum prædicto modo eorum aliquis feuda, seu ab Imperatore Romanorum, vel à Rege suscipit, dabit officia-

officialibus Imperialis, sive Regalis curiæ  
 sexaginta tres marcas, cum uno fertone  
 argenti, nisi eorum aliquis privilegio, seu  
 indulto Imperiali seu Regali se tueri pos-  
 sit, & probare se solutum vel exemptum à  
 talibus, aut etiam alijs quibuscunque  
 quæ solvi in susceptione feudorum hujus-  
 modi consueverint; Prædictarum insuper  
 sexaginta trium marcarum, & fertonis di-  
 visionem faciet magister curiæ Imperialis  
 seu Regalis, hoc modo; Primo enim decem  
 marcas pro semetipso reservans, dabit  
 Cancellario imperialis, sive Regalis curiæ  
 decem marcas; magistris, notarijs, & dicta-  
 toribus, tres marcas; & sigillatori pro ce-  
 ra, & pergameno vnum fertonem; ita vi-  
 delicet, quod Cancellarius, & Notarij  
 Principis recipiendi feudum, non ad aliud,  
 quam ad dandum sibi testimonialem rece-  
 pti feudi, seu simplicis investituræ litteram  
 sint astricti: item dabit magister curiæ  
 Pincernæ de Lymburch de præfata pecu-  
 nia decem marcas, magistro Coquinæ de  
 Nortemberg, decem marcas; similiter  
 Marscalco de Pappenheim decem marcas,  
 & Camerario de Falckensteyn decem  
 marcas.

Tali tamen cum conditione, si ipsi &  
 eorum quilibet in hujusmodi curijs so-  
 lemnibus præsentialiter adsint in suis offi-  
 cijs ministrando; si verò ipsi, vel eorum

aliqui absentes fuerint, ex tunc officiales Imperialis sive Regalis curiæ, qui talibus præsunt officijs, eorum quorum suppleant absentiam, singuli singulorum, sicut vicem, nomenque & laborem sufferunt, sic lucra & commoda reportabunt.

3. Dum autem Princeps aliquis equo, vel alteri bestiæ insidens, feuda sua ab Imperatore recipiat vel Rege, equus ille, seu bestia, eujusunque speciei sit, debetur superiori Marscalco, id est, Duci Saxonix, si præsens adfuerit; alioquin illi de Pappenheim, ejus Vicemarscalco; aut illo Absente, Imperialis, sive Regalis curiæ Marscalco.

4. Cum Sacri Romani Celsitudo Imperij, diversarum nationum moribus, vita, & idiomate distinctarum linguarum habeat gubernacula moderari, dignum est, & cunctorum sapientum judicio censetur expediens, quod electores Principes ipsius Imperij columnæ & latera, diversorum idiomatum, & linguarum differentijs instruantur; ut plures intelligant, & à plurimis intelligantur, qui plurimorum necessitatibus relevandis Cæsareæ Majestati assistant, in partem sollicitudinis constituti.

5. Quapropter statuimus, ut illustrium Principum, puta, Regis Bohemix, Comitum Palatini Rheni, Ducis Saxonix, & Marchionis Brandenburgensis Electorum filij, vel hæredes & successores (cum verisimi-

litæ.

liter Theutonicum idioma, sibi naturali-  
 ter inditum scire præsumantur, & ab infan-  
 tia didicisse) incipiendo à septimo suæ æta-  
 tis anno, in Grammatica, Italica, & Sclavi-  
 ca linguis instruantur; ita quod infra quar-  
 tumdecimum ætatis annum existant, in  
 talibus juxta datam sibi à Deo gratiam e-  
 ruditi; cum illud non solum utile, imo ex  
 causis præmissis summe necessarium ha-  
 beatur; eo quod illæ linguæ ut plurimum  
 ad usum, & necessitatem Sacri Imperij fre-  
 quentari sint solitæ, ut his plura, ardua i-  
 psius Imperij negotia ventilentur.

¶ Hunc autem proficiendi modum in præ-  
 missis posuimus observandum, ut relin-  
 quatur optioni parentum in filios, si quos  
 habuerint, seu proximos, quos in princi-  
 patibus sibi credunt verisimiliter successu-  
 ros, ad loca dirigant, in quibus de hujus-  
 modi possint linguagijs edoceri, vel in pro-  
 prijs domibus pædagogos, instructores, &  
 pueros consocios, in his peritos eis adjun-  
 gant; quorum conversatione pariter  
 & doctrina in linguis ipsis va-  
 leant erudiri.

INNO

CAROLUS V. IMPERATOR

Faint, illegible text in a single column, likely a Latin document or letter.




IT  
TI  
ST  
tem  
Cesa  
à



cto  
Elec  
cem  
cipu  
tori  
pera  
& i  
& i  
test  
rem  
gno  
ac  
ner







INNOCENTII TER-  
TII PONTIF. ROM. EPI-  
STOLA DECRETALIS, AD DV-  
TEM Zaringia, de principum Elect. jure creandi  
Cæsaris libero, deq; imperij dignitate, quod non  
à successione, sed ab electione pendeat. l.

Decretal. l. t. 6. c. 34. c. Venera-  
bilem, &c.

**I**NTER cætera quidem princi-  
pes, hac præcipue objectione  
sunt usi, dicentes, quod Apo-  
stolicæ sedis legatus, aut ele-  
ctoris gessit, aut cognitoris personam. Si  
Electoris, in messem alienam miserat fal-  
cem suam, & electioni se ingerens, prin-  
cipum derogaverat dignitati. Si cogni-  
toris, absente altera partium videtur per-  
peram processisse, cum citata non fuerit,  
& ideo non debuit contumax judicari:  
& infra: Verum illis principibus jus & po-  
testatem eligendi regem, in imperato-  
rem postmodum promovendum, reco-  
gnosimus (ut debemus) ad quos de jure  
ac antiqua consuetudine noscitur perti-  
nere; præsertim cum ad eos jus & pote-

T

ftas hujusmodi ab Apostolica sede perve-  
 nerit, quæ Romanum Imperium in perso-  
 nam magnifici Caroli à Græcis transtulit  
 in Germanos. Sed & principes recogno-  
 scere debent, & utique recognoscunt, sic-  
 ut iidem in nostra recognovere præsentia,  
 quod jus & auctoritas examinandi per-  
 sonam electam in regem, & promoven-  
 dam ad imperium ad nos spectat, qui eum  
 inungimus, consecramus & coronamus.  
 Est enim regulariter & generaliter obser-  
 vatum, ut ad eum examinatio personæ  
 pertineat, ad quem impositio manus spe-  
 ctat. Nunquid enim si principes non so-  
 lum in discordia, sed etiam in concordia  
 sacrilegum quemcunque vel ex communi-  
 catum, in regem, tyrannum, vel fatuum,  
 hæreticum eligerent, aut paganum, nos  
 inungere, consecrare ac coronare homi-  
 nem hujusmodi deberemus: absit omni-  
 no. Objectioni ergo principum respon-  
 dentes afferimus, quod legatus noster ap-  
 probando regem, & reprobando ducem,  
 nec Electoris gessit personam, utpote qui  
 nec fecit aliquem eligi, nec eligit: nec co-  
 gnitoris, cum neutrius electionem, quoad  
 factum eligentium confirmandam duxe-  
 rit, aut etiam infirmendam. Exercuit au-  
 tem denunciatoris officium: quia perso-  
 nam ducis ejusdem indignam & perso-  
 nam regis denunciavit idoneam quoad  
 impe-

imp  
 stud  
 elect  
 gene  
 dum  
 testa  
 plur  
 cis a  
 elige  
 ram  
 tem  
 rum  
 cem  
 mus  
 Qu  
 eipu  
 expe  
 sim  
 con  
 re p  
 nim  
 non  
 pro  
 adv  
 cul  
 aut  
 Co  
 ma  
 imp  
 Co  
 red

imperium obtinendum: non tam propter studia eligentium, quam propter merita electorum: quamvis plures ex illis, qui eligendi regem in Imperatorem promovendum de jure ac consuetudine obtinent potestatem, consensisse perhibeantur in ipsum regem: & ex eo quod fautores ducis absentibus alijs & contemptis, ipsam eligere præsumserunt, pateat eos perperam processisse: cum electioni plus contemptus unius, quam contradictio multorum obsistat: & infra. Nos utique non ducem: sed reliquum reputamus & nominamus regem justitia exigente: & infra. Quod autem cum in electione vota principum dividuntur, post admonitionem & expectationem alteri partium favere possimus, maxime postquam à nobis unctio, consecratio & coronatio postulantur: jure pater, pariter & exemplo. Nunquid enim si principes admoniti & expectati, vel non potuerunt, vel noluerunt in unum propositum convenire, sedes Apostolica advocato & defensore carebit: eorumque culpa ipsi redundabit in pœnam? Seiunt autem principes, quod cum Lotharius & Conradus in discordia fuissent electi: Romanus Pontifex Lotharium coronavit, & imperium obtinuit coronatus: eodem Conrado tunc demum ad ejus gratiam redeunte: Eos igitur duximus commo,

nendos, ut à præfato duce, justo quidem à nobis iudicio reprobato, recedant: & præfato regi non abnuant adhærere: nisi tunc demum contra personam vel factum, legitimum quid ab eis objectum fuerit & ostensum: & infra. Sunt enim notoria impedimenta ducis, scilicet excommunicatio publica, perjurium manifestum & persecutio divulgata, quam progenitores ejus & ipse præsumplerunt in Apostolicam sedem & alias Ecclesias exercere, fuit quoque à prædicto nostro excommunicationis vinculo innodatus, quod postmodum recognovit, dum per nuncium suum absolutionis beneficium Postulavit: unde patet, quod fuit excōmunicatus electus & infra. Idem etiam contra proprium juramentum, super quo nec consilium à sede Apostolica requisivit, ambitionis vitio regnum sibi usurpare præsumpsit; cum super illo juramento prius Romana Ecclesia consuli debuisset. Nec valet ad plenam exculationem ipsius, si juramentum illud dicatur illicitum, cum nihilominus super eo nos prius consulere debuisset, quam contra ipsum propria temeritate venire. illo præsertim exemplo quod cum Gibeonitæ à filijs Israel per fraudem surripuerint juramentum, ipsi tamen cognita fraude contra illud venire temere noluerunt. Utrum ve: ò dictum juramentum sit licitum

tun  
no  
tis i  
& in  
ob  
retu  
pat  
ret  
fed  
um  
don  
imp  
tem  
scrip  
ce r  
to si  
qua  
bat  
obf  
  
H  
rem  
cipi  
dine  
aud  
den  
cau  
rolu  
lerit

tum vel illicitum, & ideo servandum, an non servandum extiterit, nemo sanæ mentis ignorat ad nostrum iudicium pertinere; & infra. Insuper si prædictus dux imperium obtinendi de cetero cæteris fiducia tolleretur: nam si prout olim frater dicti ducis patricorum, sic dux ipse fratri suo succederet, videretur imperium non ex electione, sed ex successione deberi, & in præjudicium principum redundaret, si non nisi de domo ducis prædicti videretur aliquis ad imperium assumendus, & infra. Nobilitatem ergo tuam monentes, per Apostolica scripta mandamus, quatenus à præfato duce recedas omnino, non obstante juramento si quod ei ratione regni fecisti, cum (eo quantum ad obtinendum imperium repro- bato,) juramentum huiusmodi non debeat observari.

*PHILIP. MELANCHTHON.*

**H**Æc epistola etsi reliquit jus & potestatem eligendi Regem in Imperatorem postmodum promovendum, ijs principibus ad quos jure & antiqua consuetudine pertinet, tamen Pontificibus arrogat auctoritatem ac potestatem iisdem tradendi confirmandique imperium, ijs de causis, quod Romanus Pontifex & in Carolum Magnum primum axioma transtulerit à Græcis, & principibus Germaniæ

hanc facultatem concesserit. Quæ omnia  
 falsa esse sæpe ostendimus. Quid tribuere  
 enim alteri potuerunt Pontifices, de quo  
 nec divina ulla, nec humana mandata ac-  
 ceperunt unquam, ? Quæ enim jactare  
 mandata aut quas concessiones possunt  
 revicti & condemnati voce Christi & h sto-  
 riarum evidentibus testimonijs ? Caro-  
 lum enim jure belli & transactionis Im-  
 perium occidentis occupasse : Ottonem  
 potestatem electionis principibus Germa-  
 niæ tribuisse auctoritate sua, id est, Impe-  
 ratoria, quam à patre consensu ordinum  
 acceperat, bellique jure confirmaret: Pon-  
 tifices utriusque subditos, utriusque aucto-  
 ritate creatos, sacrorum tantum curam  
 egisse, & ab omni tale gubernatione, qua-  
 lem posteriores superbia & ambitione in-  
 stituerunt, abstinuisse, evidentius est quam  
 ut longa indigeat ex historijs demonstra-  
 tione. Illa verò mentio de promovendo  
 Rege electo in Imperatorem, si concedit  
 conferri in electum potestatem omnem,  
 quam majestas imperatoria complecti-  
 tur, sententijs suffragantium, sed titulum  
 vult decerni, tribuique à Pontifice solo, ut  
 non liceat hunc electo usurpare ante pro-  
 clamacionem Pontificis, lis est de jure no-  
 minis seu tituli, non de jure rei. Quod i-  
 psium tamen, ut plane stolidum & ridiculū  
 est, sic si tneri id volent, ut à quo ante Ca-  
 rolam

solum acceperint, ostendant necesse est.  
 Quos vero producent auctores, Deumno,  
 ut faciunt, an vero Imperatores orientis?  
 Sed refragatur vox divina, quæ politicam  
 episcopis potestatem omnem denegat. Im-  
 peratores Orientis jus suum Carolo, cum  
 bello Italiam subegisset, non Pontifici con-  
 cesserunt. Post Carolum vero, si relaxan-  
 tur historiæ veteres, reperietur neque hoc  
 consilio & sine Carolum à Romano Epi-  
 scopo renunciationem fieri voluisse, ut quod  
 beneficij esset, in jus verteretur certum at-  
 que potestatem, neque si auctoritas atque  
 potestas imperij confertur eligentium sen-  
 tentijs, usum tituli pendere voluisse ex col-  
 locatione Pontificum.

Denique ante renunciationem à Ponti-  
 fice factam Imperatoris titulum Ludovi-  
 co Pio ac Lothario tributum esse. Et  
 qualis est superbia contendere de jure con-  
 ferendi titulos, cum rem titulorum, id est,  
 dignitatem & potestatem Imperatoriam  
 alij conferant. Majestatem ac felicitatem  
 successumq; in gubernatione præset solus  
 DEUS. Neque est obscurum, quibus oc-  
 casionibus hunc etiam rapuerit, nescio  
 qualem prætextum tyrannidis, quem sem-  
 per affectarunt. Ante dissidia & conten-  
 tiones inter posteros Caroli Magni patres,  
 ut Carolus Ludovicus Pius, Lotharius, exse-  
 natos Imperatores appellabant, non usur-

pata ad eam declarationem lingua Pontificum. Etsi hujus decreti Imperatorum quasi præcones publicos esse volebant Pontifices Romanos. Postea disceptantibus de Imperio & Italia Germanis & Francis, Carolus Calvus, Francorum Rex metu Germanicæ potentia Italia præoccupata Imperator appellari voluit à Pontifice, quod hujus artibus se Italiam obtinere posse arbitraretur. Hoc exemplum successores in jus verterunt, ut cum nulla realia, vel sola auctoritate conferendi titulum Imperatores obstrictos haberent.

Honestissimum est ac pijsimum fieri renunciationem Monarchæ orbis Christiani in magna frequentia publica solemnibus ritibus, cum ardenti ac seria precatione ad Deum pro re omnium in genere humano maxima, pro salute totius orbis Christiani, pro incolumitate ac felicitate illius, cui cura, gubernatio, protectio ac defensio Ecclesiæ & Reipublicæ commendata est, cujus saluti singulorum salus est inclusa. Sed hoc jus cur Romanus Pontifex sibi præ alijs vendicat? quod nec divino nec humano jure ullo, sed consuetudine tyrannica suum fecit. De Deo scriptum est, quod transferat Imperia mundi. De ministris Ecclesiæ aliter præcipit scriptura, quos non vult administrare regna politica. Sed posset ei concedi jus renunciandi  
propter



propter Caroli exemplum, si non ex eo falso fingeret aliud commentitium jus, quo stabiliendæ tyrannidis suæ causa, ad suam vocem ita alligat Imperatoris auctoritatem, ut sine ea nullam esse contendat: deinde si ad renunciationem usurparet atq; adhiberet non inanium ceremoniarum theatrica spectacula, quæ sunt umbra sanctissimi & laudatissimi ritus veteris, sed preces veras & serias, quibus Deo patri æterno Domini nostri Jesu Christi Ecclesiam Christi & rempublicam commendarer, denique si id daret operam, ut Imper. auctoritate emendarentur vicia doctrinæ & rituum supersticiosorum in Ecclesia & consuleretur cum tranquillitate publica, salutis animarum.

Ut vero se res habeat constitutio Ottonis à ceteris gentibus jus eligendi Imperatorem Romanum transfert in Solos Germanos ea conditione, ut assumatur natus in familia Germanica, nec admittantur exteri & peregrini, quod servatum est deinceps ea lege, ut vel nominaretur Francorum veteri consuetudine à patre filius, qui si accederet consensus & approbatio ordinum Imperij, succederet, vel sine alicujus indicatione fieret electio, libera de liberatione & suffragijs ordinum. Hoc decretum quo anno factum sit non traditur, sed non multo ante mortem Ottonis factum esse

narratur, qua in re flagitiosa scriptorum negligentia detestanda est, ut in plerisque alijs rebus maximis. Scribit Abbas Urspergensis Ottonem III. mortuum esse anno millesimo primo, quinto Calendas Februarij. Blödus annotat decretum de electione Imperatoris sancitum esse biennio ante, & consentaneum est deliberationē de re tāta non fuisse subitam, praesertim cum secum in Italiam Pontificem adduxerit, quem huic rei perficiendæ ex composito idoneum fore notat.

*IOAN. SLEIDAN. LIB. XI.*

**O**LIM Episcopi Romani solebant ab Imperatoribus approbari, cum essent tenuiores: amplificati vero non solum arbitrato suo regere ceperunt, verum etiam eo rem adduxerunt tandem post acerrimas contentiones, ut eligendi quidem jus, Germaniæ septemviris permittant, confirmandi vero potestatem sibi propriam esse dicant. Et hac quidem auctoritate sæpe sunt usi per omnia prope regna, maxime per Italiam, Germaniam, Galliam, quando designatis regibus abrogato magis Iratu, substituerunt alios. Etenim ut reliqua juris Pontificij loca præteream, in Gregorij IX. decretalibus epistolis, Innocentius III. affirmat, jus eligendi Cæsaris, beneficio Pontificum & Ecclesie

elesia Romanæ delatum esse à Græcis ad  
 Germanos & ad Carolum Cæsarem, co-  
 gnomento magnum & ipsorum esse co-  
 gnoscere ac judicare, num sit idonea per-  
 sona, nec eo contenti fidem etiam ex-ge-  
 runt per jusjurandum summo totius or-  
 bis terrarum magistratu, quæ quidem res  
 maximis offensionibus atque bellis cau-  
 sam sæpè dedit. Tandem verò, Clemens V.  
 qui vixit ad annum salutis millesimum  
 trecentimum legem hac de re tulit, in-  
 certam juri Pontificio. Cum enim Henri-  
 cus ejus nominis septimus, è familia Lu-  
 nenburgica, Cæsar, nollet ad hunc modum  
 obligari, quod diceret novi rem esse ex-  
 emplum, nec usurpatam ætati superiori; Cle-  
 mens, ut posterum caveret, copiose rem  
 explicat, & quid eo jurejurando continea-  
 tur, demonstrat, nimirum, ut Cæsar Eccle-  
 siam Romanam defendat, ut hæreticos ex-  
 terminet, neque cum impijs ullum ha-  
 beat commercium, ut Pontificum digni-  
 tatem modis omnibus tueatur, ut privile-  
 gia quondam Ecclesiæ Romanæ concessa  
 quocunque tempore, conservet, imprimis  
 ea, quæ profecta sunt Constantino, Carolo  
 magno, Henrico, Otthone Quarto, Fride-  
 rico Secundo, Rudolpho: ne quid juris in  
 ullas Ecclesiæ Romanæ facultates atque  
 possessiones, quocunque titulo sibi vendi-  
 set: Ut reliquas etiam ubivis Ecclesias, ca-  
 rumque

rumque libertatem atque jura protegat. His rebus devinctum sibi Cæsarem esse dicit, & Henricum etiam per internuncios hæc sibi promississe confirmat, utcunque postea dissimulaverit. Exijt autem hoc decretum, Henrico jam mortuo. Clemens hic est, qui primus omnium Roma Cardinales evocavit. Lugdunum, & in Galliam cum illis confedit. Post eam ætatem, Cæsarem per Italiam auctoritas atque robur, indies magis magisque decrevit, & auctæ fuerunt Romanorum Pontificum vires, ita quidem ut hujus & paulo superiores memoriæ Cæsares obedientiam hanc atque fidem se debere illis arbitrètur. Inter Pontifices omnino autè, qui Cæsares nostrates vehementer exagitarunt præcipui fuerunt, Gregorius VII. Alexan III. Innocentius III. Gregorius IX. Innocentius IV. Nicolaus III. Bonifacius VIII. Clemens V.

(Adjungat benevolus lector Hypomnema, De fide, observantia, ac benevolentia Pontificum Romanorum erga Imperatores Germanicos, ex veteribus & fidelibus historiarum monumentis à Simone Schardio collectum; quod brevi, quoniam nulla ferè exemplaria reperiuntur, in gratiam Philologorum, typis exscribam.)

F I N I S.



INDEX CAPITUM  
ANALYSIS FEUDALIS.

I.	<i>De origine feudi.</i>	pag. 1.
II.	<i>De Etymologia feudi.</i>	6
III.	<i>De Definitione feudi.</i>	7
IV.	<i>De Divisione feudi.</i>	13
V.	<i>De feudi causa efficiente.</i>	22
VI.	<i>De his qui feudum accipere possunt.</i>	29
VII.	<i>Quibus modis feudum acquiratur.</i>	32
VIII.	<i>De materia feudi.</i>	68
IX.	<i>De forma feudi.</i>	76
X.	<i>De fine &amp; effectu feudi.</i>	96
XI.	<i>De contrarijs feudi.</i>	118
XII.	<i>Ad quem feudum amissum revertatur.</i>	135

INDEX CAPITUM AU-  
REÆ BULLÆ CAROLI  
QUARTI.

I.	<i>Qualis esse debeat conductus Electorum &amp; a quibus.</i>	pag. 145
	II. De	

I N D E X

- II. De Electione Romani Regis. 157
- III. De Sessione Trevirensis, Coloniensis & Moguntini Archiepiscoporum. 162
- IV. De principibus Electoribus in communi. 164
- V. De Iure Comitis Palatini Rheni, & etiam Saxonie Ducis. 166
- VI. De comparatione principum Electorum ad alios principes communes. 168
- VII. De successione principum Electorum. 169
- VIII. De Regibus Bohemia, & regnicolarum ejus immunitate. 172
- IX. De auri, argenti, & aliarum specierum mineris. 175
- X. De Monetis. 176
- XI. De Immunitate principum Electorum. 177
- XII. De congregatione principum. 180
- XIII. De Revocatione privilegiorum. 192

XIV. De

C A P I T V M.

- XIV. De his quibus ut indignis au-  
feruntur bona feudalia. 183
- XV. De Conspiratoribus. 185
- XVI. De Pfalburgeris. 186
- XVII. De diffidationibus. 189
- XIIX. Exemplar literarum quibus  
electores evocantur. 190
- XIX. Forma procuratorij mittendi  
per eum principem Electro-  
rem, qui nuncios ad electio-  
nem faciendam duxerit de-  
stinandos. 191
- XX. De unione principum Electro-  
rum & jurium eis connexo-  
rum. 193
- XXI. De ordine processionis inter  
Archiepiscopos. 195
- XXII. De ordine processionis principum  
Electorum & per quos insi-  
gnia deportentur. 196
- XXIII. De Benedictionibus Archiepi-  
scoporum. 197
- XXIV. Verba rescripti Impp. Arcadij  
& Honorij in l. Quisquis C.  
ad l. 7ul. Majestat. 198
- XXV. De

INDEX CAPITVM.

*XXV. De officijs principum Electo-  
rum in solennibus curijs Im-  
peratorum vel Regum Ro-  
manorum.* 204


*XXVI. De furbus officialium, dum  
principes fenda sua ab Impe-  
ratore vel Rege Romano-  
rum recipiunt.* 210


*XXVII. Epistola decretalis Innocen-  
tius in Pontificis Romani,  
qui anno salutis humane  
millesimo centesimo nonage-  
simo octavo Ecclesiastica  
provisionis sollicitudinem  
assumpsit, seditque annos  
viginti octo.* 217


F I N I S.




lecto.  
s Im-  
Ro-  
204  
dum  
mpe-  
iano-  
210  
ocen-  
iani,  
mana  
age-  
stica  
nem  
nnos  
217











49429

ULB Halle

3


005 125 715



VD 17







LIBORII HATTYSERI  
ANALYSIS  
IVRIS FEVDALIS  
QVA ARTI-  
FICIOSA ME-  
THODO, PERSPICVITA-  
TE ET FACILITATE ADMIRANDA,  
MEDVLLA TOTIVS IVRIS FEVDALIS,  
rationibus tam dubitandi, quam deci-  
dendi qua potuit fieri breuitate  
illustrata, continetur.

ACCESSIT HVIC EDITIONI S.  
*Romani Imperij constitutio, quam vulgo Au-  
ream Bullam nominant, & episto-  
la decretalis de jure  
Electorum.*

IN GRATIAM STUDIOSE JUVEN-  
tutis coniunctim, nunc primum hac  
forma edita.

E me, lege, judica, non pœnitebit.

HANOVIAE  
Sumptibus CONRADI EIFRIDI.

M. DC. XXI.

*Ernst. Ludolf Hoffm.*